α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε₂ (ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₁)) ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc)

15 utquid *Y γ β φ Sh₁ edd* | meus¹ *om. Zh₁ Sh₁* | respice me *om. β* | me] in me *F Na₁ Y Sh₁* **17** scriptum *α (ac. F)* **19** dolus inventus est *tr. Zh₁* **20** ergo] dicit *praem. F* | delictorum meorum dicit *(del. F) tr. α* | peccatis *β* **21** ille *om. Mc₂*; *ipse *φ edd* **4, 1** nec] et non *Y Vulg edd* **3** de² *om. Mc₂ C (ac.)* | sui *Sh₁* **4** fratres putatis *tr. Zh₁* | deus *γ β φ* | potest fieri *tr. Zh₁* **6** ut] si *F Na₁* **7** enim *om. κ φ edd* **10** nostram] ipse *add. Ar₁* | iis *β* **11** suo *om. φ* constitutus *δ* (constitutos *ac. A*) *ε* (*ac. N*) *ζ Sh₁* **12** vox erat *om. ζ* | sic] sed *Mc₂* | et¹] ut *K* **13** clamavi *χ γ* (clamavit *Ar₁*) *φ edd*

mavit Paulus ut auferretur ab eo stimulus carnis: et non est exauditus ut auferretur, et dictum est ei: *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.* Ergo non est exauditus, sed non ad insipientiam, sed ad sapientiam, ut intellegat homo medicum esse deum et tribulationem medicamentum esse ad salutem, non poenam ad damnationem. Sub medicamento positus ureris, secaris; clamas: non audit medicus ad voluntatem, sed audit ad sanitatem.

ps. 21,4 (5.) TU AUTEM IN SANCTO HABITAS, LAUS ISRAEL. In illis habitas, quos sanctificasti et quos facis intellegere quia ad utilitatem quosdam non exaudis et ad damnationem quosdam exaudis. Ad utilitatem non exauditus est Paulus, ad damnationem exauditus est diabolus. Petiit Iob tentandum: et concessum est; daemones petierunt se ire in porcos: et exauditi sunt. Daemones exaudiuntur, apostolus non exauditur? Sed illi exaudiuntur ad damnationem, apostolus non exauditur ad salutem, quia NON AD INSIPIENTIAM MIHI. TU AUTEM IN SANCTO HABITAS, LAUS ISRAEL. Quare non exaudis et tuos? Quare dico ista? Mementote semper ma 96 dici: 'Deo gratias'. Et magna est hic multitudo; et qui non solent venire, venerunt. Omnibus dico, quia in tribulatione positus Christianus probatur, si non dereliquit deum suum; nam quando

---

5, 5 *cf.* Iob 1,11 **5sq.** *cf.* Matth. 8,31

α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₈)) ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc)

---

15 auferetur *F χ (pc. S; ac. Y) C (ac.) R (ac.) δ* | stimulus carnis auferretur (auferretur *pc.*) *Zh₁* | ab eo *om. γ φ (exc. ζ; pc. N)*; ab illo *χ* **16** ut auferretur *eras. C* | auferetur *F S (pc.) K δ*; auferreretur *Zh₁* **18** sed ad sapientiam *om. Zh₁* **19** tribulatione *α (ac. F)* | esse medicamentum *tr. δ (ac. G) ζ* **20** sub] sed *F (ac.) Na₁* | posito *Mc₂* **21** clamans *α (ac. F)* | salutem *Zh₁ ζ* **5, 1** his *ζ* **3** ad damnationem *om. Zh₁* | quosdam² *om. α (ac. F)* **4** est exauditus *tr. edd* est exauditus *tr. ζ* **5** est¹ *om. Mc₂* | petit *α (ac. F) χ γ φ (exc. ζ; ac. X)* | Iob *om. Zh₁*; *ad *add. α Zh₁ Sh₁ edd* | *concessus *F Na₁* **6** se *om. Mc₂* | et *om. γ β φ* | exaudiuntur] *et *γ β φ (exc. ζ)*; sed *ζ*; et *add. Sh₁*; ad damnationem *add. Mc₂* **7** exauditur] ad salutem *add. Mc₂* **8** apostolus] hic *Mc₂* | quia] qui *C (ac.) ε Zh₁*; et *δ (exc. A)* **9** mihi] sibi *β* **10** *dici semper *tr. α* **11** dicite *Y P₈* | haec *K* | *multitudo hic *tr. α* | qui] et *praem. κ φ* (eorum *ζ*) **12** *venerunt *om. γ β φ* | omnibus] in *praem. Mc₂* | quia *om. γ β φ Sh₁* **13** derelinquit *F χ β X ε₁* (derelinquet *Zh₁*) *ζ*

bene est homini, desertus est sibi Christianus. Ignis intrat in fornacem, et fornax aurificis magni sacramenti res est. Ibi est aurum, ibi palea, ibi ignis. In angusto operatur ignis ille; non est diversus, et diversas res agit: paleam in cinerem vertit, auro sordes tollit. In quibus autem habitat deus, utique in tribulatione meliores fiunt tamquam aurum probati. Et si forte petierit inimicus diabolus, et concessum illi fuerit sive aliquo dolore corporis sive aliquo damno sive amissione suorum, fixum cor habeat in illo qui se non subtrahit; et si quasi subtrahit aurem ploranti, sed apponit misericordiam deprecanti. Novit quid agat; qui nos fecit, novit et reficere nos; bonus structor qui aedificavit domum: et si aliquid ibi ceciderit, novit resarcire.

(6.) Et vide quid dicat: IN TE SPERAVERUNT PATRES NOSTRI; SPERAVERUNT, ET ERUISTI EOS. Et novimus et legimus. Quam multos patres nostros sperantes in se eruit deus! Eruit ipsum populum Israel de terra Aegypti; eruit tres pueros de camino; eruit Danielem de lacu leonum; eruit Susannam de falso crimine. Omnes invocaverunt: et eruti sunt. Numquid defecit ad filium suum, ut in cruce pendentem non exaudiret? Quare autem

ps. 21,5

14–16 *cf.* Prov. 27,21; Sir. 27,6 **6, 3sq.** *cf.* Ex. 12,51 **4sq.** *cf.* Dan. 3 **5** *cf.* Dan. 14 **5sq.** *cf.* Dan. 13

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_2 (ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_3$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

---

14 est bene *tr.* δ (*exc. A*) | homini] *lacuna fortasse constituenda, e.g.:* auxilio non eget; quando autem male est homini | dissertus α (*ac. F*) *S* | sibi] ibi *Zh*$_1$ Christus *Mc*$_2$ δ (*exc. G; ac. A*) | in fornacem intrat *tr. Sh*$_1$ **15** fornax] ardet *add. Zh*$_1$ **16** ibi[1]] est *add.* ϕ *Sh*$_1$ *edd* | ibi palea *om.* α (*ac. F*) | ibi[2]] ubi β **17** diversa res *F* (*ac.*) *Na*$_1$; diversa γ β ϕ *Sh*$_1$ *edd* | agit] ait *Mc*$_2$ (*ac.*) *K* **18** in *om.* ζ; qui *praem. Zh*$_1$ | fiunt] sunt α **19** si *om. Y* **20** illi] *ei α **21** illo] eo ζ **22** aure *F*; aurum *Zh*$_1$ | apponet *F Na*$_1$; opponit *Zh*$_1$; proponit *K* **23** fecerit *Zh*$_1$ **24** structor] est *praem.* γ β ϕ *Sh*$_1$ *edd* | aedificat *C* (*ac.*) δ (*exc. A*) **25** resarcire] reficere *Zh*$_1$ **6, 1** videte ε (*ac. N*) | diligat *Zh*$_1$ **2** liberasti ϕ *Sh*$_1$ *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ **3** in se] ipse *C* | dominus ζ **4** camino] ignis *add.* ε_1 *edd* **5** *crimine falso *tr.* α **6** et *om. Mc*$_2$ | eruisti eos γ β ϕ (*exc.* ζ; eos *om. Zh*$_1$); eruit eos ζ *Sh*$_1$ | deficit α (*ac. F*) γ δ (*ac. G; pc. A*) **7** in cruce ut *tr. Y*

ipse non eruitur modo, quia dixit: IN TE SPERAVERUNT PATRES NOSTRI, SPERAVERUNT ET ERUISTI EOS?

. 21,7 (*v. 6 deest*) (7.) EGO AUTEM SUM VERMIS ET NON HOMO. VERMIS ET NON HOMO: nam est homo vermis. Sed ille: VERMIS ET NON HOMO. Unde NON HOMO? quia deus. Quare ergo sic se abiecit ut diceret VERMIS? an quia vermis de carne sine concubitu nascitur, sicut Christus de Maria virgine? et vermis, et tamen non homo. Quare vermis? quia mortalis, quia de carne natus, quia sine concubitu natus. Quare NON HOMO? quia *in principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum.* mi 174

(8.) OPPROBRIUM HOMINUM ET ABIECTIO PLEBIS. Videte quanta passus est. Iam, ut dicamus passionem, ut ad illum maiorem gemitum perveniamus, videte quomodo patitur, et deinde videte quare. Quis enim fructus? Ecce speraverunt patres: et eruti sunt de terra Aegypti. Et sicut dixi tam multi invocaverunt: et statim ad tempus, non in futuram vitam, sed continuo liberati sunt. Ipse Iob diabolo petenti concessus est, putrescens vermibus, tamen in hac vita reparavit salutem, duplo accepit quae perdiderat. Dominus autem flagellabatur: et non subveniebat; sputis deturpabatur: et nemo subveniebat; colaphis caedebatur: et nemo

---

7,7sq. Ioh. 1,1 **8,7** *cf.* Iob 1,11 | *cf.* Iob 7,5 (*iuxta LXX*) **8sq.** *cf.* Iob 42,10
9–13 *cf.* Matth. 27,26–46

α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₈)) ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc)

---

8 ipsum *Sh₁* | *eruit *α* (*ac. F*) *Sh₁* | qui *γ β φ Sh₁ edd* **9** speraverunt *om. γ β φ edd* | liberasti *δ ε Sh₁ Vulg Ψ_αβκ* **7,2** est] et *praem. δ Sh₁*; et *add. γ ε_ω ζ edd* **3** unde] et *add. Y* | se sic *tr. δ* (*exc. A*) | ut] et *Mc₂* | diceretur *ζ* **4** vermis[1]] et *praem. α* (ut *Mc₂*) **5** sic *Y* **6** quia[2]] qua *K* **8,1** vide *Zh₁* **2** ut[2]] et *γ β φ Sh₁ edd* | illam *β edd* | maiore gemitu *γ β φ* (*exc. P₈; ac. N*) *Sh₁*; maiori gemitu *edd* **3** veniamus *κ φ cett edd* | quam modo *γ*; quanta modo *φ edd* | videte[2]] videtur *S* **4** quis] quid *α* | factus *K* | ecce] in te *add. Zh₁* | patres] nostri *add. edd* **5** sicut *om. Mc₂* | dixit *Zh₁* **6** in] ut *Mc₂*; ad *Y* | futura vita *κ φ Sh₁ edd* **8** in] ab *γ φ* (*exc. X*) | ad hanc vitam *β* | recuperavit *edd* | dupla *β* quam *Y* **9** flagellabitur *K* | non] nemo *F* (*pc.*) *Y N* (*pc.*) *P₈ Sh₁ edd* | subveniebatur *β ζ* | sputis ... subveniebat *F Sh₁*; *om. cett* **10** colaphis ... subveniebat *om. α* | nemo[2] *Y C* (*pc.*) *P₈ Sh₁*; *non *cett*

subveniebat; spinis coronabatur: nemo subveniebat; levabatur in lignum: nemo eruit; clamabat: *Deus meus, deus meus, utquid me dereliquisti?* non subvenitur. Quare, fratres mei? quare? qua mercede tanta passus est? Omnia ista quae passus est, pretium erat. Cuius rei pretio tanta passus est? Recitemus, videamus quae dicat. Primo quaeramus quae passus sit, deinde quare; et videamus quam sint hostes Christi qui confitentur quia tanta passus est et tollunt 'quare'. Hic audiamus totum in isto psalmo, et quae passus sit et quare. Tenete ista duo: 'quid' et 'quare'. Modo 'quid' explicem. Non ibi immoremur, et melius ad vos perveniunt ipsa verba psalmi.

ma 97 Videte quae patitur dominus, attendite Christiani: OPPROBRIUM HOMINUM ET ABIECTIO PLEBIS. (9.) OMNES QUI VIDEBANT ME, SUBSANNABANT ME; ET LOCUTI SUNT LABIIS ET MOcc 126 VERUNT CAPUT. 'SPERAVIT IN DOMINO, ERUAT EUM; SALVUM FACIAT EUM, QUONIAM VULT EUM.' Sed quare dicebant ista? quia homo factus erat; dicebant tamquam in hominem. (10.) QUONIAM TU EXTRAXISTI ME DE VENTRE. Numquid dicerent talia in illud quod in principio erat verbum et verbum erat apud deum? Verbum enim illud per quod facta sunt omnia, non ex-

ps. 21,8 ps. 21,9 ps. 21,10

12sq. Matth. 27,46 **10, 3sq.** *cf.* Ioh. 1,1*sq.*

α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_{c.}$ (ε (N X) ε$_{1}$ (Zh$_1$ P$_5$)) ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

---

11 subveniebatur *β ζ* | coronabatur] et *add. α* | *levatur *S K* **12** ligno *γ φ (ac. Zh$_1$) edd* | clamat *χ edd* **13** subveniebatur *N (pc.) Zh$_1$*; subvenit *K* **14** ista *om. ζ* | erat] est *γ β φ edd* **15** pretio rei *tr. Mc$_2$* | pretium *F Na$_1$ χ* **16** primum *γ β φ Sh$_1$ edd* **17** hostes sint *tr. Zh$_1$* | quia tanta] quanta *δ Sh$_1$* **18** hinc *γ β δ ε ζ Sh$_1$ edd* **19** est *β* | tene *Zh$_1$* | quid^1] et *praem. F (sl.) Na$_1$* et^2] est *C (ac.) δ N Zh$_1$* | quid^2] ipsum *praem. ζ edd*; qui *γ δ (ac. G) ε (ac. N)*; est *add. Zh$_1$* | explicemus *ζ Sh$_1$* **20** perveniunt ad vos *tr. Mc$_2$* **9, 1** *conspiciebant (*cf. in ps. XXI/1*) α* **2** et^1 *om. α X Sh$_1$ Vulg Ψ$_{αβκ}$ edd* | labiis] *in (*cf. in ps. XXI/1*) praem. χ* | et^2 *om. χ edd* **3** dominum *χ edd* | salvum faciat eum *om. Mc$_2$ Y (ac.)* **4** faciet *δ (pc. G)* | eum^2] deum *ζ* | dicebat *F (ac.) Na$_1$* **5** dicebat *Y δ (exc. A; pc. G)* | homine *Mc$_2$ Na$_1$ Y Ar$_1$ δ ε (ac. N) P$_8$ Sh$_1$* **10, 2** tu] es qui (*cf. in ps. XXI/1*) *add. α Ar$_1$ (ac.) Sh$_1$ Vulg Ψ$_{αβκ}$ edd* | abstraxisti *α Ψ$_{αβκ}$* **4** illud] in *praem. K* | quod] quem *α (ac. F)* | non *om. α (ac. F)*

tractum est de ventre, nisi quia verbum caro factum est et habita- 5
vit in nobis. QUONIAM TU EXTRAXISTI ME DE VENTRE, DEUS MEUS AB UBERIBUS MATRIS MEAE. Nam ante saecula pater meus,
ps. 21,11 ab uberibus matris meae deus meus. (11.) IN TE IACTATUS SUM EX UTERO, id est ut tu mihi solus esses spes, iam tamquam homo, iam tamquam infirmus, iam verbum caro factum. DE VENTRE
MATRIS MEAE DEUS MEUS ES TU. Non de te deus meus (nam de mi 175
ps. 21,12 te pater meus), sed de ventre matris meae deus meus. (12.) NE DISCEDAS A ME, QUONIAM TRIBULATIO PROXIMA EST, QUONIAM NON EST QUI ADIUVET. Videte desertum; et vae nobis, si ipse nos deserat, QUONIAM NON EST QUI ADIUVET.

ps. 21,13 (13.) CIRCUMDEDERUNT ME VITULI MULTI, TAURI PINGUES OBSEDERUNT ME. Populus et principes; populus VITULI
ps. 21,14 MULTI; principes TAURI PINGUES. (14.) APERUERUNT IN ME OS SUUM SICUT LEO RAPIENS ET RUGIENS. Audiamus rugitum ipso-
ps. 21,15 rum in evangelio: *Crucifige, crucifige.* (15.) SICUT AQUA EFFUSUS SUM, ET DISPERSA SUNT OMNIA OSSA MEA. Ossa sua firmos suos dicit; ossa enim firma sunt in corpore. Quomodo dispersit ossa sua? quando dixit illis: *Ecce ego mitto vos velut agnos in medio luporum*; firmos suos dispersit et sicut aqua effusus est; aqua enim 5
quando funditur, aut abluit aut rigat. Effusus est Christus sicut aqua: abluti sunt sordentes, rigati sitientes. FACTUM EST COR

5sq. *cf.* Ioh. 1,14 **11, 3** *cf.* Ioh. 1,14 **14, 3** Ioh. 19,6 **15, 4sq.** Matth. 10,16

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_{ω} (ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

---

5 caro *om. Mc*$_2$ **6** tu] es qui *add.* δ *Zh*$_1$ (*sl.*) *Vulg* **7** nam *om.* β **8** meae *om.* α **11, 2** ut tu] uti *Zh*$_1$; et tu *Mc*$_2$ | mihi tu *tr. edd* | esse *Mc*$_2$ **3** factum] est *add.* γ δ ε *Zh*$_1$ *Sh*$_1$ **4** es *om.* χ **5** meus^2] de te pater meus *add.* α **12, 2** a *om.* δ (*exc. G*) | quoniam^2] et α **3** vae ... ipse] ne nobis sub se *Mc*$_2$ | si ipse] sub se *Mc*$_2$ **13, 1** pinguis *Y* **3** multi] tauri pingues obsederunt me *add.* δ (*ac. G*) **14, 1** in] super ϕ *Sh*$_1$ *Vulg edd* **15, 2** firmos ... corpore *iter. post* luporum (4) *Mc*$_2$ (dicit *om.*) **3** quando *edd* | ossa^2] omnia *praem.* β **4** sicut agnos inter lupos *Ar*$_1$ | medium *S* **6** effunditur *edd* | rigat (*Cass*)] rigatur *K*; irrigat γ β ϕ *Sh*$_1$ *edd* | sicut aqua Christus *tr. Zh*$_1$ (sicut *mg.*) **7** rigatae sunt mentes κ (rigatis mentibus *Y*) ϕ *Sh*$_1$ *edd* | factum] et *praem. Sh*$_1$ $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$

MEUM SICUT CERA LIQUESCENS IN MEDIO VENTRIS MEI. Ventrem suum dicit infirmos in ecclesia sua. Quomodo cor ipsius factum est sicut cera? Cor ipsius scriptura ipsius, id est sapientia ipsius quae erat in scripturis. Clausa enim erat scriptura: nemo illam intellegebat; crucifixus est dominus: et liquefacta est sicut cera, ut omnes infirmi intellegerent scripturam. Nam inde et velum templi scissum est, quia quod velabatur revelatum est.

cc 127 (16.) EXARUIT VELUT TESTA VIRTUS MEA. Magnifice quod dixit. Firmius factum est nomen meum de tribulatione. Quomodo enim testa ante ignem mollis est, post ignem fortis, sic domini nomen ante passionem contemnebatur, post passionem honorificatur. ET LINGUA MEA ADHAESIT FAUCIBUS MEIS. Quomodo membrum illud in nobis non valet nisi ad loquendum, sic praedicatores suos, linguam suam, dixit adhaesisse faucibus suis, ut de interioribus eius caperent sapientiam. ET IN PULVEREM MORTIS DEDUXISTI ME. (17.) QUONIAM CIRCUMDEDERUNT ME CANES MULTI, CONCILIUM MALIGNANTIUM CIRCUMDEDIT ME. Et iam videte evangelium. FODERUNT MANUS MEAS ET PEDES. Tunc facta sunt vulnera; quorum vulnerum cicatrices dubitans discipulus contrectavit, ille qui dixit: *Nisi misero digitos meos in cicatrices* ma 98 *vulnerum eius, non credam*, quando ei dixit: *Veni, mitte manum, incredule*, et misit manum suam et clamavit: *Dominus meus et*

ps. 21,16 ps. 21,17

13sq. *cf.* Matth. 27,51 **17, 5–9** Ioh. 20,25.27–29

α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε₂ (ε (N M) ε₁ (Zh₁ P₂)) ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc)

---

8 tamquam *γ β φ Sh₁ Vulg Ψ$_{αβκ}$ edd* **9** dicitur *K* | quando *Mc₂* **10** scriptura ipsius *om. δ (ac. G)* **11** *ipsa *α* | enim *om. Mc₂* **12** dominus est *tr. ζ* **14** est[1] *om. α (ac. F)* | quoniam *Sh₁* | velabatur] scissum est *add. F* **16, 1** magnificum *ζ* | quid *χ β P₈ ζ* **2** firmum *Mc₂* | meum] dominicum *Sh₁* **3** testante *K* | sicut *ζ* **6** in ... valet] non valet nobis *β* | non *om. Y* | sicut *F K γ (ac. C) β* **7** meis *Mc₂* **17, 2** consilium *ε₁* | etiam *edd* **3** pedes] meos *add. γ β φ Sh₁ Vulg Ψ$_{αβκ}$ edd* **4** cicatrices] eius *add. Zh₁* | discipulis *Zh₁* **6** eius vulnerum *tr. χ γ φ* | dixit ei *tr. δ* | veni] et *add. Zh₁* | manum] tuam *add. φ Sh₁ edd* **7** manum suam misit *tr. Zh₁* | deus meus et dominus *tr. K γ β φ*; deus meus deus *Mc₂*

deus meus; et ille: *Quia vidisti me, credidisti; beati qui non vident et*
ps. 21,18 *credunt.* FODERUNT MANUS MEAS ET PEDES. (18.) DINUMERAVERUNT OMNIA OSSA MEA, quando pendens extentus erat in ligno. Non potuit melius describi extensio corporis in ligno, quam ut diceret: DINUMERAVERUNT OMNIA OSSA MEA. (19.) IPSI VERO CONSIDERAVERUNT ET CONSPEXERUNT ME. CONSIDERAVE- mi 176
RUNT: et non intellexerunt; CONSPEXERUNT: et non viderunt.
ps. 21,19 Usque ad carnem oculos, non usque ad verbum cor habuerunt. DIVISERUNT SIBI VESTIMENTA MEA. Vestimenta sua sacramenta ipsius. Attendite, fratres. Vestimenta ipsius, sacramenta ipsius, potuerunt dividi per haereses; sed erat ibi vestimentum quod nemo divisit. ET SUPER VESTIMENTUM MEUM MISERUNT SORTEM. *Erat ibi tunica* dicit evangelista *desuper texta.* Ergo de caelo, ergo a patre, ergo a spiritu sancto. Quae est ista tunica nisi caritas, quam nemo potest dividere? quae est ista tunica nisi unitas? In ipsam sors mittitur, nemo illam dividit. Sacramenta sibi haeretici dividere potuerunt, caritatem non diviserunt. Et quia dividere non potuerunt, recesserunt. Illa autem manet integra; sorte obvenit quibusdam; qui habet hanc, securus est: nemo illum movet de ecclesia catholica; et si foris illam incipiat habere, intromittitur, quomodo ramus olivae a columba.
ps. 21,20 (20.) TU AUTEM, DOMINE, NE LONGE FECERIS AUXILIUM TUUM, et factum est: post triduum resurrexit. IN DEFENSIONEM

19, 9 *cf.* Ioh. 19,23 **17** *cf.* Gen. 8,11

$\alpha\,(F\,Mc_2\,Na_1)\,\kappa\,(\chi\,(S\,K\,Y)\,\gamma\,(C\,Ar_1)\,\beta\,(R\,Ro_{11}\,F_5))\,\phi\,(\delta\,(A\,G)\,\varepsilon_\omega\,(\varepsilon\,(N\,X)\,\varepsilon_1\,(Zh_1\,P_8))\,\zeta)$ $Sh_1\,edd\,(lo\,ma\,mi\,cc)$ **17, 8** credidisti *des.* Ar_1

---

8 et^1 *om.* $\gamma\,\beta\,\delta\,\varepsilon\,Zh_1\,Sh_1$ | me *om.* χ (*pc. S*); et Mc_2 | viderunt $X\,Zh_1\,Sh_1\,Vulg$ **9** credent F (*ac.*) $\delta\,N\,\zeta$; crediderunt $X\,Zh_1\,Sh_1\,Vulg$ | pedes] meos *add.* $\gamma\,\beta\,\varepsilon\,P_8\,\zeta$ $Vulg\,\Psi_{\alpha\beta\kappa}\,edd$ | pedes ... mea] reliqua Zh_1 **18, 2** mea] scilicet *add. Y* | eram β **3** in extensione α **19, 4** habuerunt *om.* $\kappa\,\phi$ **5** sua] ipsius β **6** sacramenta ipsius *om.* Mc_2 **7** dividi potuerunt *tr.* Sh_1 | heredes Zh_1 **9** dicit] ait Zh_1 | evangelista dicit *tr.* $Mc_2\,Na_1$ | contexta F (*pc.*) $\chi\,Vulg$ **10** a] ab $Mc_2\,\chi$ quae ... dividere *om.* Mc_2 **11** ipsa $\alpha\,Y$ **13** qui γ (*ac.*) $\beta\,\phi$ (*exc.* P_8; *ac. G*) | dividere] videre δ (*ac. G*) **14** manens Mc_2 **15** nemo illum] et nemo Zh_1 illam X **20, 1** facias $Zh_1\,Sh_1\,\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ **2** post] nam *praem.* ζ | defensione mea K

cc 128 MEAM ASPICE. (21.) ERUE A FRAMEA ANIMAM MEAM, id est a morte. Framea enim gladius est, et per gladium mortem intellegi voluit. ET DE MANU CANIS UNICAM MEAM. ANIMAM MEAM, UNICAM MEAM: caput et corpus. Unicam dixit ecclesiam meam de potestate canis. Qui sunt canes? qui caeco more latrant nec intellegunt contra quos. Nihil illis fit: et latrant. Quid fecit cani transiens via sua? tamen ille latrat. Qui latrant caecis oculis non discernentes contra quos aut pro quibus, canes sunt. (22.) SALVUM ME FAC DE ORE LEONIS. Leo rugiens nostis qui sit: circumiens, quaerens quem devoret. ET A CORNIBUS UNICORNUORUM HUMILITATEM MEAM. Unicornes non diceret nisi superbos; ideo subiecit: HUMILITATEM MEAM. ET A CORNIBUS UNICORNUORUM HUMILITATEM MEAM. ps. 21,21 ps. 21,22

(23.) Audistis quae passus est et quid oravit, ut eruatur ab istis. Attendamus modo quare passus est. Modo iam videte, fratres, qui non est in ea sorte, propter quam passus est Christus, quare Christianus est? Ecce intellegimus quae passus est: Dinumerata sunt ossa eius, irrisus est, divisa sunt vestimenta eius, insuper missa est sors super vestem ipsius, circumdederunt illum furentes, saevientes, et dispersa sunt omnia ossa eius; et hic audivimus

22, 2sq. *cf.* 1 Petr. 5,8 **23, 4–7** *cf.* Ps. 21,18.19.17.15; Ioh. 19

α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε₁ (ε (N X) ε₂ (Zh₂ P)) ζ) Sh₂ edd (lo ma mi cc)

3 respice *β* **21, 3** animam ... meam² *om. Mc₂ Na₁ Y* **4** corpus] meum *add. Sh₁* | unicam²] tunicam *Mc₂*; meam *add. β δ (exc. A; sl. G)* | meam²] de manu id est *ζ Sh₁ edd* **5** caeco] canino *edd* **6** illi *γ (ac.) δ (ac. G)* | canis *α (ac. F) Y γ φ (exc. ζ;* *canibus *P₈*; canes *ac. N)* **7** viam suam *ζ Sh₁ edd*; vias suas *α* | *illi latrant *Mc₂ Na₁ γ β φ (exc. ζ)* | latrat *K* **22, 2** noscis *Zh₁* | quis *ζ edd*; quid *α* circumiens] circuit *Mc₂ Vulg*; et *add. κ (pc. C) φ (pc. N) Sh₁ edd* **3** et *om. γ β φ* unicornuum *S K δ (exc. A; ac. G) N (ac.)*; unicornium *Y γ (pc. C) β φ (pc. G N) Sh₁ Vulg edd* **4** superbas *δ (ic. G; pc. A)* **5** et ... meam *om. Mc₂ γ β φ Sh₁ edd* unicornuum *χ* **23, 2** modo¹] ergo *ζ* | quare] quae *Mc₂* | iam modo *tr. δ*; modo autem iam *Mc₂* **3** qui] quia *δ (pc. A)* **4** ecce] et iam *δ* | intellegamus *β φ* | dinumeraverunt omnia *α* **5** divisi *Mc₂* | insuper *om. γ β φ (exc. ζ) Sh₂* **6** vestimentum *Mc₂ δ (exc. A)*; *vestimenta *F Na₁* | eius *Zh₂* | furentes] et *add. γ β φ Sh₁ edd* **7** *hic *om. α (ac. F)* | audivimus *Mc₂ K Y P₈*; audiamus *γ (ac.) δ ε Zh₁*; audimus *γ (pc.) cett edd*

et in evangelio legimus. Videamus quare. O Christe fili dei, si nolles, non patereris; ostende nobis fructum passionis tuae! 'Audi' inquit 'fructum. Ego non taceo, sed surdi sunt homines.'
ps. 21,23 Audi fructum quare passus est omnia ista: NARRABO NOMEN TUUM FRATRIBUS MEIS. Videamus si in parte narrat nomen dei fratribus suis: NARRABO NOMEN TUUM FRATRIBUS MEIS; IN MEDIO ECCLESIAE CANTABO TE. Fit hoc modo.

Sed videamus ipsa ecclesia quae est. Nam dixit: IN MEDIO ECCLESIAE CANTABO TE. Ecclesiam videamus, propter quam pas-
ps. 21,24 sus est. (24.) QUI TIMETIS DOMINUM, LAUDATE EUM. Ubicumque timetur deus et laudatur, ibi est ecclesia Christi. Videte, fratres mei, si his diebus per totum orbem terrarum sine causa dicitur 'amen' et 'alleluia'. Non ibi timetur deus? non laudatur deus? – Exivit et ait: 'Prorsus non timetur, totus mundus periit.' Sine causa dicis: 'Totus mundus periit.' Ergo modica pars remansit in Africa? Ergo non dicit aliquid Christus, unde obturet ista ora? Non dicit aliquid, unde eradicet istas linguas dicentium? Videamus, ne forte inveniamus. Adhuc nobis dicitur: 'IN MEDIO ECCLESIAE: De ecclesia nostra dixit.' QUI TIMETIS DOMINUM, LAU-

ma 99
mi 177

α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₈)) ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc)

---

8 et *om. Mc₂* | o] omnes *γ (del.) δ* (omnis *ac. A*) *ε Zh₁*; omnipotens *β*; passus es *ζ* | Christi *γ (pc.) δ* | si *om. δ* **9** nolles *vl. δ (exc. A)*; nolis *K γ (ac.) δ*; nollis *S*; noluisses *Zh₁* | pateris *K Zh₁ (ac.)* **11** audi] inquit *add. φ edd* | est] sum *ζ edd* | ista omnia *tr. edd* **12** videamus ... meis *tr. ante* nam (15) *Sh₁* | partem *γ* **13** narrabo ... meis *om. Mc₂* **15** sed] si *φ Sh₁* | ipsam ecclesiam *Y Sh₁* est] narrabo nomen tuum fratribus meis *add. Sh₁* | est ... ecclesiae] dicit *Y* **16** laudabo *Sh₁* | ecclesiam] et *praem. Y* | propter ... est] per id quod sequitur *Mc₂* **24, 2** et laudatur deus *tr. Sh₁* | videamus *β* **3** dicitur *om. Mc₂*; adducitur *Zh₁* **4** ibi] ubi *Y* | non] ibi *add. Sh₁ edd* **5** exivit] Donatus *add. ζ Sh₁ edd* | ait] eat *α* (erat *Mc₂*) | peribit *F (pc.) K γ (ac.)*; perit *δ (ac. G) N ε₁* **6** dicitis *δ (ac. G) Sh₁*; dicitur *ζ* | peribit *K* | ergo] deo *add. Sh₁* **7** Christus *om. K* | obduret *S δ Sh₁*; obturbet *Zh₁* **8** dicet *S K* | istas ... dicentium *α*; linguas istas dicentium *tr. χ γ δ (ac. G) ε Zh₁*; linguas dicentium ista *ζ Sh₁*; linguas ista dicentium *β P₈ edd* | vidimus *S* **9** dicunt *β* **10** nostra ecclesia *tr. Sh₁* | dicit (*bis*) *edd*

DATE EUM. Videamus si illi laudant deum, et intellegimus si de ipsis dixit; et si in media ecclesia ipsorum laudatur, quomodo laudant Christum qui dicunt: 'Perdidit totum orbem terrarum, diabolus illi totum abstulit, et in parte ipse remansit'? Sed adhuc videamus, apertius dicat, apertius loquatur; non sit quod interpretari, non sit quod suspicari. UNIVERSUM SEMEN IACOB, MAGNIFICATE EUM. Forte adhuc dicunt: 'Nos sumus semen Iacob.' Sint et ipsi, videamus. cc 129

(25.) TIMEAT EUM OMNE SEMEN ISRAEL. Adhuc dicant: 'Nos sumus semen Israel'; permittamus, dicant. QUONIAM NON SPREVIT NEQUE DESPEXIT PRECEM PAUPERUM. Quid est paupe- ps. 21,25
rum? non de se praesumentium. Videamus si pauperes sunt qui dicunt: 'Nos sumus iusti.' Christus clamat: LONGE A SALUTE MEA VERBA DELICTORUM MEORUM; sed adhuc dicant quod volunt. NEQUE AVERTIT FACIEM SUAM A ME; CUM CLAMAREM AD EUM, EXAUDIVIT ME. Utquid exaudivit? ad quam rem? (26.) ps. 21,26
APUD TE EST LAUS MEA. Apud deum posuit laudem suam; docuit non praesumi in homine. Adhuc dicant quod volunt. Iam quidem coeperunt uri, coepit propinquare ignis, non est qui se abscondat a calore eius, sed adhuc dicant: 'Et nos apud illum laudem nostram posuimus, et nos non in nobis praesumimus'; dicant adhuc. IN ECCLESIA MAGNA CONFITEBOR TIBI. Iam hic puto quia

25, 5sq. Ps. 21,2 **26, 4sq.** *cf.* Ps. 18,7

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) *κ* (*χ* (*S K Y*) *γ* (*C*) *β* (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) *φ* (*δ* (*A G*) *ε*$_2$ (*ε* (*N Λ*) *ε*$_3$ (*Zh*$_3$ *P*$_5$)) *ζ*) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

11 ipsi *β* | dominum *γ φ edd* | intellegemus *Y*; intellegamus *φ edd* **12** medio ecclesiae *γ β φ Sh*$_1$ **14** totum *om. ζ* | adhuc *om. γ β φ* **15** apertius[1 et 2] utrum *praem. ζ* | quod] qui *F* (*ac.*) *Na*$_1$ | interpreteris ... suspiceris *β*; interpretaris ... suspicaris *Zh*$_1$ **16** suspicari] oporteat *add. ζ* **17** sint et *α Sh*$_1$; si sint *edd*; sint *cett* **25, 1** dicunt *Zh*$_1$ **2** nos ... dicant *om. Mc*$_2$ **3** dispexit *S γ δ N* | preces *α*; deprecationem *φ Sh*$_1$ *Vulg* | pauperis *S K Vulg* | quid est] quorum *γ β φ Sh*$_1$ *edd* **4** se *om. Zh*$_1$ **7** cum] et *praem. Sh*$_1$ *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ *edd* **26, 2** est *om. α Sh*$_1$ *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$; *tr. post* mea *δ* | dominum *ε* (*ac. N*) **3** praesumit *α* | quidam *Zh*$_1$ **6** in nobis non *tr. edd* | vobis *Zh*$_1$ | dicant] et *praem. K Y* **7** confitebor tibi *om. Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$; *cf. ps. 34,18; ps. 39,10*

incipit interiora tangere. Ecclesia magna quid est, fratres? Numquid exigua pars orbis terrarum ecclesia magna est? Ecclesia magna totus orbis est. Quomodo IN ECCLESIA MAGNA? Modo si quis velit Christo contradicere: 'Dic nobis, tu dixisti: IN ECCLESIA MAGNA CONFITEBOR TIBI; quae ecclesia magna? ad frustum Africae remansisti? totum mundum perdidisti? fudisti sanguinem pro toto, sed invasorem passus es?' – ista nos diximus domino tamquam quaerentes, scientes tamen quid dicturus sit; ponamus nos nescire quid dicat –, nonne nobis respondet: 'Quiescite, parcite, adhuc dico unde nemo dubitet'? Exspectemus ergo quid dicturus est. Iam ego volebam pronuntiare et non admittere homines aliud aliquid interpretari, cum dicat Christus: IN ECCLESIA MAGNA. Et tu dicis quia in extrema parte remansit? Et adhuc audent dicere: 'Et nostra ecclesia magna est'. Quid tibi videtur? Bagai et Tamugade? *O si non dicet aliquid unde obmutescant, mi 178
adhuc dicant quia magna est ecclesia sola Numidia.

(27.) Videamus, audiamus adhuc dominum. VOTA MEA REDDAM CORAM TIMENTIBUS EUM. Quae sunt vota sua? sacrificium quod obtulit deo. Nostis quale sacrificium? norunt fideles ma 100

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C*) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*) **26, 23** Numidia *inc. Ar*$_1$

---

8 incipit] coepit κ ϕ *Sh*$_1$ *edd* | quae est *Zh*$_1$; quidem *Mc*$_2$ **9** est *om. Zh*$_1$ ecclesia[2]] et *praem. K* **10** quomodo ... magna *om.* γ β ϕ *edd* **11** Christum γ (*ac.*) δ (*ac. G*) ε_1 | contradicat ζ | dicit α *Sh*$_1$ **12** qua *Mc*$_2$ *K* β; qui *S*; est *add.* ζ | fructum α (*ac. F*) κ ϕ (partem ζ) *Sh*$_1$; frustrum *edd* **13** Africa γ β δ (Africam *pc. G*) ε *Zh*$_1$ | remansit γ β (sola *add.*); remansisse ϕ (est ecclesia magna *add.* ζ) | effudisti *edd* **14** tota γ δ ε *Zh*$_1$ | nos *om. Sh*$_1$; non *Y* | dicimus *X* **15** quid] quod *F Na*$_1$ | dicturus sit] dicturo *Sh*$_1$ (dicturi sumus *vl.*); dicturi *Mc*$_2$ *Na*$_1$ χ (dicitur *Y*) γ ϕ **16** nescio *Sh*$_1$ | vobis ζ | respondit *S K* | parcite *om.* κ ϕ *edd* **17** spectemus *Zh*$_1$ **18** ergo α ϕ (*exc. Zh*$_1$) | nuntiare δ (*exc. G*) amittere *K* γ (*ac.*) δ (*exc. A; ac. G*) *N* **20** et[1] *om.* β ζ | ab extrema parte γ (*ir.*) β ϕ (in extremam partem *Zh*$_1$) | mansit β ϕ (*exc.* ζ) | et[2]] cum *add.* ζ **21** et *om. Mc*$_2$ | tibi] de hoc *add.* ζ **22** Baiai ϕ (*exc.* ζ; iam *P*$_8$; *eras. N*); Balai ζ Tamugade o] Tamugadeo χ (Tomugadeo *Y*); Iamugadeo γ β δ (*ac. G*) ε (*ac. N*); iam gaudeo δ (*exc. A; pc. G*) *N* (*pc.*) *P*$_8$; iam ut gadeo *Zh*$_1$; tamuga iam etiam audio ζ; Tamugade hoc α *Sh*$_1$; Tamugade *edd* | dicent *Mc*$_2$; dicit *Mc*$_2$ κ ϕ (dicitur ζ) *Sh*$_1$ *edd* | unde *om. Mc*$_2$ **23** solam Numidiam γ (*pc.*) ϕ **27, 1** mea] domino *add. Mc*$_2$ $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ **3** norunt] nam sunt *Zh*$_1$

vota quae reddidit coram timentibus eum; nam sequitur: EDENT ps. 21,27
cc 130 PAUPERES ET SATURABUNTUR. Beati pauperes, quia ideo edunt ut saturentur; edent enim pauperes; qui autem divites sunt, non satiantur, quia non esuriunt. *Commendat pauperes: inde erat piscator ille Petrus, inde erat alius piscator Iohannes et Iacobus frater eius, inde erat etiam publicanus Matthaeus. De pauperibus ipsi erant, qui comederunt et saturati sunt talia passi qualia manducaverunt. Cenam suam dedit, passionem suam dedit; ille saturatur, qui imitatur. Imitati sunt pauperes; ipsi enim sic passi sunt, ut Christi vestigia sequerentur. Edunt pauperes. Sed quare pauperes? ET LAUDABUNT DOMINUM QUI REQUIRUNT EUM. Divites se laudant, pauperes dominum laudant. Quare sunt pauperes? quia dominum laudant et dominum quaerunt. Dominus est divitiae pauperum; ideo inanis est domus, ut cor plenum sit. Divites quaerant unde arcam impleant, pauperes quaerunt unde cor impleant; et cum impleverint, laudant dominum quia requirunt eum. Et videte, fratres, qui *auri pauperes sunt, cuius rei divites sint, quia non in arca, non in horreo, non in apotheca: VIVENT CORDA EORUM IN SAECULUM SAECULI.

(28.) Ergo attendite. Passus est dominus; omnia quae audistis passus est dominus. Quaerimus quare passus est, et coepit

---

α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε (N Λ) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_2$)) ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

---

6 edunt *κ φ Sh$_1$ edd* | autem] vero *Sh$_1$* 7 saturantur *Mc$_2$* | qui *Zh$_1$* | commendat *scripsi* (*cf. in ps. XLVIII/1,3,40*); comendant *N* (*pc.*); comedent *ζ edd*; comedant *cett edd* | erit (*ter*) *Ar$_1$ β* 8 ille piscator Petrus *tr. Ar$_1$*; Petrus piscatur ille *tr. ζ* 9 eius] ipsius *κ φ Sh$_1$ edd* | erat *om. δ* (*exc. G*) 10 ipsis *α* (*ac. F*) *Sh$_1$* | sunt **om. F Na$_1$ S* (*ac.*) *K γ δ ε Zh$_1$ Sh$_1$* 11 cenam] carnem *β* 13 edent *Y Ar$_1$ β ζ edd* 15 laudant se *tr. δ* | *deum *α* 16 *deum *α* | ut dominum quaerant *γ β φ* 17 domus est *tr. Zh$_1$* | ut] et *Y β ε$_1$* | sit *om. χ*; sit divitiis *ζ Sh$_1$*; divitiis sit *edd*; divitiis *γ β φ* (*exc. ζ*) 18 quaerunt *Mc$_2$ β* | quaerant *κ φ Sh$_1$* 19 laudent C (*pc.*) *β ζ Sh$_1$* | quia] *qui *Mc$_2$ γ β φ Sh$_1$ edd* 20 et **om. α* | qui auri *scripsi* (*cf. in ps. LXVI,3,49*); quia veri *F Na$_1$ χ*; quia vere *Mc$_2$ γ* (*ac. C*) *φ* (*ac. G*); qui vere C (*pc.*) *β δ* (*exc. A*; *pc. G*) *ζ Sh$_1$ edd* | cuius ... sint *om. Mc$_2$*; cuius rei pauperes sunt *F Na$_1$*; qui huius rei divites sunt *Y ε$_1$* divitiae *K* 21 arcam *α* (*ac. F*) | vivunt *γ β φ* 22 eorum *om. Zh$_1$* 28,2 dominus *om. Y* | passus^2 ... narrare *om. Mc$_2$*

narrare: NARRABO NOMEN TUUM FRATRIBUS MEIS, IN MEDIO ECCLESIAE CANTABO TE. Sed adhuc dicitur: 'Ista est ecclesia.' TIMEAT EUM OMNE SEMEN ISRAEL. Dicitur: 'Nos sumus semen Israel.' QUONIAM NON SPREVIT NEQUE DESPEXIT PRECEM PAUPERIS. Adhuc dicant: 'Nos sumus.' NEQUE AVERTIT FACIEM SUAM A ME: ipse Christus dominus a se, id est ab ecclesia sua, quae est corpus ipsius. APUD TE LAUS MEA. Vos ipsos vultis laudare, sed respondent: 'Prorsus et nos ipsum laudamus.' VOTA MEA REDDAM CORAM TIMENTIBUS EUM. Sacrificium pacis, sacrificium unitatis, sacrificium corporis sui; norunt fideles, disputari inde modo non potest. EDENT PAUPERES ET SATURABUNTUR*. Edant publicani, edant piscatores, manducent, imitentur dominum, patiantur, saturentur. Mortuus est ipse dominus, moriuntur et pauperes; additur et mors discipulorum morti magistri. Quare? Da
ps. 21,28 mihi fructum. COMMEMORABUNTUR ET CONVERTENTUR AD DOMINUM UNIVERSI FINES TERRAE. Eia fratres, quid quaeritis a nobis quid respondeamus parti Donati? Ecce psalmus: Et hic legitur hodie et ibi legitur hodie. Scribamus illum in frontibus nostris, cum illo procedamus, non quiescat lingua nostra, ista dicat: 'Ecce Christus passus est, ecce mercator ostendit mercedem, ecce pretium quod dedit, sanguis eius fusus est, in sacco ferebat pre- mi 179

α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₈)) ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc)

---

4 laudabo *ζ* | dicunt *ζ edd* 5 dicunt *ζ edd* | semen²] domus *Mc₂* 6 quoniam] qui *Mc₂* | dispexit *F Na₁ K C (ac.) δ* | preces *α*; deprecationem *X Vulg* pauperum *Mc₂ Y β* 7 adhuc ... sumus *om. Mc₂* | dicunt *edd* | nos] non *γ (ac. C) N* | sumus] pauperes *add. ζ* | nec *Zh₁* 8 quae est] ipsius *S K γ δ ε* quae ... corpus] corpore *β Zh₁* 9 laudare vultis *tr. Sh₁* 10 mea] domino *add. α Sh₁ edd* 11 eum] te *Sh₁* | sacrificium unitatis *om. Y*; sacrificium caritatis *γ β φ edd* 12 disputare *γ (ac. C) δ ε (ac. X)* | modo] domino *Mc₂* 13 edent ... saturabuntur *scripsi*; vota mea reddam coram timentibus eum *codd edd* 14 patientur *δ (ac. G) ε (ac. X) Zh₁* 15 est] Christus *add. ζ* moriantur *Mc₂* 16 morte *Zh₁* 17 convertantur *δ* | ad dominum *om. Mc₂* 19 ecce] et *praem. K* 20 illum *om. β φ (exc. ζ; ac. G*; eum *P₈) Sh₁* 21 procidamus *Y* 22 *passus est Christus *tr. α* | ostendet *F (ac.) Na₁* 23 effusus *β*

tium nostrum, percussus est lancea, fusus est saccus, et manavit
25 pretium orbis terrarum.' Quid mihi dicis, o haeretice? 'Non est
pretium orbis terrarum. Africa sola redemta est.' Non audet dice-
cc 131 re: 'Totus orbis redemptus est, sed periit.' Quem invasorem pas-
sus est Christus, ut perderet rem suam? Ecce COMMEMORABUN-
TUR ET CONVERTENTUR AD DOMINUM UNIVERSI FINES TERRAE.
30 Adhuc satiate* dicat? Si diceret 'Fines terrae' et non diceret UNI-
VERSI FINES TERRAE, dicere habebant: 'Ecce habemus fines terrae
in Mauritania.' UNIVERSI FINES TERRAE dixit, o haeretice, uni-
ma 101 versos dixit; qua exiturus es, ut evadas quaestionem? Non habes
qua exeas, sed habes quo intres.

(29.) Rogo vos, nolo inde disputare, ne dicatur, quia sermo meus aliquid valet. Solum attendite, solum legite: 'Ecce Christus passus est, sanguis eius fusus est, ecce redemptor noster, ecce pretium nostrum.' Quid emit? Quid emit, dicatur mihi. Quid inter-
5 rogamus? Si mihi aliquis dicat: 'O stulte, quid interrogas? codicem portas,' si mihi aliquis dicat: 'Ibi habes unde emit, ibi quaere quid emit. Ecce ibi habes: COMMEMORABUNTUR ET CONVERTENTUR AD DOMINUM UNIVERSI FINES TERRAE' Fines enim terrae commemorantur, sed haeretici obliti sunt, et ideo audiunt

---

28, 24 *cf.* Ioh. 19,34

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_6 (ε (*N M*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_7$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

---

24 lancea fusus est *om. Mc*$_2$ | fossus ζ | fusus est saccus *om. Sh*$_1$ | saccus] sanguis *Y P*$_8$ **25** *dices *F Na*$_1$ **26** audes $\gamma\beta\phi$ *Sh*$_1$ *edd* **27** totus] non *praem.* ζ | perit *K* **28** ecce] et *praem. K* **30** adhuc ... terrae^2 *om. Mc*$_2$ | satiate *scripsi* (*cf. serm. 52,4,68* [*RBen 74,18*]); *om.* $\gamma\beta\phi$; satiat te et *F*; satiat te *Sh*$_1$; satians te *Na*$_1$; satiet te et *edd*; adhuc χ | dicant β **31** habebat *Zh*$_1$ **32** universi $\gamma\beta\phi$ *Sh*$_1$ *edd* **33** dixit] fines *add.* ζ | quia *Mc*$_2$ *Zh*$_1$ (*ac.*); quo ζ | ut] ubi ζ | habes ... habes] habens *Mc*$_2$ **34** qua ζ **29, 2** solum^1 ... solum] psalmum ... psalmum ζ *edd*; solum psalmum ... psalmum *Sh*$_1$; psalmum solum ... psalmum solum C (*pc.*) | attendite] autem dicite *K* | ecce] et *praem. K* 4 quid emit *om.* $\alpha\gamma\beta\phi$ *Sh*$_1$ *edd* **5** si] quid *praem. edd* | mihi] nihil *S* aliquid *Zh*$_1$ **6** si ... dicat *om.* ζ *edd* | emis ε_1 *7 *habes ibi *tr.* α **9** commemorabuntur ϕ *edd* | ideo] id *Mc*$_2$; non *add.* ζ

omni anno. Putas ibi ponunt aures, quando lector ipsorum dicit: COMMEMORABUNTUR ET CONVERTENTUR AD DOMINUM UNIVERSI FINES TERRAE? Eia, forte unus versus est, aliunde cogitabas, cum fratre tuo fabulabaris, quando illud dixit. Attende quia repetit et surdos pulsat: ET ADORABUNT IN CONSPECTU EIUS UNIVERSAE PATRIAE GENTIUM. Adhuc surdus est, non audit; pulsetur iterum: QUONIAM DOMINI EST REGNUM, ET IPSE DOMINABITUR GENTIUM. Tres istos versus tenete, fratres. Hodie cantati sunt et ibi, aut forte delerunt illos. Credite mihi, fratres mei, ita aestuo, ita vim patior, ut mirer nescio quam surditatem et duritiam cordis ipsorum, ut aliquando dubitem utrum habeant illud in codicibus. Hodie currunt omnes ad ecclesiam, hodie omnes intenti audiunt psalmum, omnes suspenso corde audiunt. Sed fac quia non sunt intenti: Numquid unus versus est: COMMEMORABUNTUR ET CONVERTENTUR AD DOMINUM UNIVERSI FINES TERRAE? Evigila, sed adhuc fricas oculos: ET ADORABUNT IN CONSPECTU EIUS UNIVERSAE PATRIAE GENTIUM. Excute somnum, adhuc gravaris, audi: QUONIAM DOMINI EST REGNUM, ET IPSE DOMINABITUR GENTIUM.

21,29 (*vv. 32 desunt*)

(30.) Si est adhuc quod dicant, nescio. Litigent cum scripturis, non nobiscum. Ecce codex ipse, contra illum certent. Ubi est lingua: 'Nos servavimus scripturas, ne arderent?' Servatae sunt, unde tu ardeas. Quid servasti? Aperi, lege. Tu servasti et tu oppugnas? Quid servasti a flamma, quod delere vis lingua? Non credo,

---

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) *κ* (*χ* (*S K Y*) *γ* (*C Ar*$_1$) *β* (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) *φ* (*δ* (*A G*) *ε*$_{c.}$ (*ε* (*N X*) *ε*$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *ζ*) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

---

10 ibi] ubi *F* (*pc.*) *κ φ* (*exc. ζ*) *Sh*$_1$ 13 quia repetit *om. Mc*$_2$ 14 omnes *α* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ 18 deleverunt *Mc*$_2$ *Y γ β φ Sh*$_1$ *edd* | illos] eos *ζ edd*; eas *δ* (*ac.*) | ita aestuo *om. Mc*$_2$; ita est vox *Zh*$_1$ 20 ut] et *Mc*$_2$ | in codicibus illud *tr. Sh*$_1$ 21 *omnes currunt *α* 22 audiunt^2 *om. Zh*$_1$ 25 et vigila *Mc*$_2$; evigilas *γ β φ Sh*$_1$ *edd* 30, 1 quod] quid *α* (qui *Mc*$_2$) | dicunt *S K* | dicat nescio litiget *Mc*$_2$ | lingent cum scripturas *Zh*$_1$ 2 illum] ipsum *Y* | certet ubi est *K*; certat ubi est *α* (certent ibi est *pc. F*); certet ibi et *γ δ* (*pc. A*) *ε*; certet tibi et *Sh*$_1$; certet et *ζ*; certe et ibi (et ibi *tr. P*$_8$) *ε*$_1$; certent ibi et *β δ* (*exc. G*; *ac. A*) 3 lingua] litigent *β* | nos] non *γ β δ* (*ac. G*) *N ε*$_1$ | servamus *P*$_8$ *ζ* 4 quod *Mc*$_2$ *Zh*$_1$ | tu^2 *om. Mc*$_2$ 5 quod servasti in flamma quid *Mc*$_2$ | ad flammem *F Na*$_1$

non credo quia servasti; prorsus non credo, non servasti. Verissime dicunt nostri, quia tu tradidisti. Ille probatur traditor, qui lecto testamento non sequitur. Ecce legitur: et sequor; legitur: et re-
cc 132 cusas. Cuius manus misit in flammam? qui credit et sequitur an
mi 180 qui dolet quia est quod legatur? Nolo scire qui servaverit. Undecumque inventus est codex, testamentum patris nostri exiit de qualibet caverna; nescio qui fures tollere volebant, nescio qui persecutores incendere volebant; undecumque prolatum est, legatur. Quare litigas? Fratres sumus, quare litigamus? Non intestatus
15 mortuus est pater: Fecit testamentum et sic mortuus est; mortuus est et resurrexit. Tamdiu contenditur de hereditate mortuorum, quamdiu testamentum proferatur in publicum; et cum testamentum prolatum fuerit in publicum, tacent omnes, ut tabulae aperiantur et recitentur; iudex intentus audit, advocati silent, praeco-
20 nes silentium faciunt, universus populus suspensus est, ut legantur verba mortui non sentientis in monumento. Ille sine sensu iacet in monumento: et valent verba ipsius; sedet Christus in caelo: et contradicitur testamento? Aperi, legamus, fratres sumus,
ma 102 quare contendimus? Placetur animus noster, non sine testamento
25 nos dimisit pater. Qui fecit testamentum, vivit in aeternum, audit voces nostras, agnoscit suam. Legamus, quid litigamus? Ubi inventa fuerit hereditas, ipsam teneamus. Aperi testamentum, lege

---

α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_1$)) ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

---

8 obsequitur *Mc$_2$* | recusas] non curas *Mc$_2$* **9** flamma *α (ac. F)* **10** qui[2]] quis *F (pc.) β δ (exc. A; pc. G) Sh$_1$ (ac.) edd* **11** inventum est quod ex testamento *ζ* | patres *F Na$_1$* | exigit *Sh$_1$* **12** qui[1]] quia *α (ac. F)* | nescio[2] ... volebant *om. Mc$_2$* | persecuturi *γ ε$_ω$* (persecutori *ac. Zh$_1$*) **13** incedere *γ* | nescio undecumque *β* **14** litigatis *Sh$_1$* **15** mortuus[3]] et *praem. γ β φ* **16** est et resurrexit] et non surrexit *Zh$_1$* | de *om. C (ac.) δ (ac.) ε Sh$_1$* | hereditatem *δ (ac. G)* **17** prolatum fuerit testamentum *tr. Zh$_1$* **19** *et *om. κ φ Sh$_1$* | recitantur *ζ* | intus *α (ac. F) Ar$_1$ φ Sh$_1$* **20** fiunt *γ* **23** contradicunt *ζ* | testamento] testamentum *Y*; eius *add. ζ edd* **25** vidit *γ* (videt *Ar$_1$*) **26** *cognoscit *κ φ Sh$_1$* qui *Zh$_1$* | fuerit inventa *tr. β* **27** hereditas] ipsa *praem. edd* | aperite *Zh$_1$*

in primo capite ipsius psalterii: *Postula a me.* Sed quis dicit? Forte non Christus? Ibi habes: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Ergo filius dei dicit vel ad filium suum pater dicit. Ergo quid dicit ad filium? *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam fines terrae.* Solet fieri, fratres, ut quando quaeritur de possessione quaerantur affines. Inter affines illum et illum, ne erret heres aut cui donatur aut qui emit quaerit. Inter quos affines? inter illum et illum possidentes. Qui dimisit omnes fines, nullos dimisit affines. Quocumque te verteris, Christus est. Fines terrae habes hereditatem: Huc veni, totum mecum posside. Quare litigando vocas ad partem? Huc veni; bono tuo vinceris, totum habebis. An adhuc calumniaris? Iam ego testamentum legi et tu calumniaris? An adhuc calumniaris, quia *fines terrae* dixit, non dixit 'omnes fines terrae'? Legamus ergo. Quomodo lectum est? COMMEMORABUNTUR ET CONVERTENTUR AD DOMINUM UNIVERSI FINES TERRAE. ET ADORABUNT IN CONSPECTU EIUS UNIVERSAE PATRIAE GENTIUM, QUONIAM DOMINI EST REGNUM, ET IPSE DOMINABITUR GENTIUM. Ipsius est, non nostrum. Agnoscite dominum, agnoscite possessionem domini.

30, 28 Ps. 2,8 **29sq.** Ps. 2,7 **31sq.** Ps. 2,8

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_{cc} (ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

---

28 quid *Y* **30** ergo] ego *Mc*$_2$ | dicit vel] non dicit *Zh*$_1$ | velud *S*; vel *K* suum ... filium] dicit pater ergo dicit ad filium suum *Mc*$_2$ **32** terminos *Y Zh*$_1$ *Vulg* **33** quaerantur] quaerat *Mc*$_2$ | inter affines *om. Mc*$_2$; inter *C* **34** ne erit $\gamma\,\delta\,\varepsilon$ *Sh*$_1$; nec erit *Zh*$_1$; quaerit ζ; quaeritur *edd* **35** quaerit *om.* ζ *edd*; *vl. F*; quaeret *add.* α | affines] quaeritur *add.* ζ *edd* | et illum] collum *S*; et collum *Y*; colonum *K* | possidentes *om.* ζ; possidentis $\gamma\,\delta$ *P*$_8$ *Sh*$_1$; possidenti *Y Zh*$_1$ | qui] quid *Zh*$_1$; non *add.* ζ **36** admisit β | nullum *F* (*ac.*) *Na*$_1$ *S* (*pc.*); nullus *K* | nullos dimisit affines *om. Mc*$_2$ | te *om. Mc*$_2$ **37** Christi ζ | finis *Y* γ (*pc. C*) $\beta\,\delta$ (*exc. G*; *ac. A*) ζ | habens *Mc*$_2$ | totam $\gamma\,\beta\,\phi$ *Sh*$_1$ *edd* **38** mecum *tr. post* posside *Sh*$_1$; meum *Mc*$_2$ | patrem $\gamma\,\delta$ *N* (*ac.*) *Zh*$_1$ **39** totam $\gamma\,\beta\,\phi$ (*exc. Zh*$_1$) *Sh*$_1$ | ego iam *tr. edd* **40** an *om. Sh*$_1$ **42** quod modo *Y* β *Zh*$_1$ ζ; quod *Mc*$_2$ **44** universae] omnes *Mc*$_2$ $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ | patriae] familiae *Sh*$_1$ (*vl.*) **45** est^2 *om. Mc*$_2$ **46** vestrum $\kappa\,\phi$ *Sh*$_1$ *edd* | domini] eius *Sh*$_1$; agnoscite *add. Mc*$_2$

(31.) Sed vos, quia privata vestra vultis possidere et non in
cc 133 commune cum Christo unitatem (dominari enim vultis in terra, non cum illo in caelo regnare), possidetis domos vestras. Et aliquando venimus ad illos dicentes: 'Quaeramus verum, invenia-
5 mus verum;' et illi: 'Vos tenete quod tenetis; oves tuas habes, oves meas habeo. Noli esse molestus ovibus meis, quia et ego non sum molestus ovibus tuis.' Deo gratias! Meae sunt oves, illius
mi 181 sunt oves! Christus quid emit? Immo nec meae sint nec tuae, sed illius sint qui illas emit, illius sint qui illas signavit. *Neque qui*
10 *plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus.* Quare habeo meas, habes tuas? Si ibi est Christus, illo eant meae, quia non sunt meae; si hic est Christus, huc eant tuae, quia non sunt tuae. Propter possessiones osculentur nobis caput et manus, et pereant filii alieni? 'Non est mea possessio' inquit. Quid est
15 hoc? Videamus si non est tua possessio, videamus si non tibi illam vindicas. Ego nomini Christi laboro, tu nomini Donati. Nam si Christum attendas, ubique est Christus. Tu dicis: 'Ecce hic est Christus'; ego dico: 'Per totum est.' Laudate, pueri, dominum, laudate nomen domini. Unde laudant? Usquequo laudant?

31, 9sq. 1 Cor. 3,7 **17sq.** *cf.* Matth. 24,23 **18–20** *cf.* Ps. 112,1.3

α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_{...}$ (ε (N N) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_2$)) ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

31, 1 sed at γ δ (*exc. A*) ε *Sh*$_1$; sed ad δ (*exc. G*) *Zh*$_1$; sed et ζ *edd* | quia *om. Y* primata δ (*ac. G*) ε (*ac. X*) *Zh*$_1$ | possideri χ | non *om.* β | in ... unitatem] communi ... unitate γ β φ (communicare ... unitati ζ) *Sh*$_1$ *edd* **2** dominare γ (*ac. C*) δ (*ac. G*) ε (*ac. X*) | enim *om. Mc*$_2$ ζ | vultis enim *tr. Sh*$_1$ | non *om.* γ ε *Zh*$_1$; et δ **3** domus *K C* (*ac.*) β δ (*exc. G*) **4** illum α; vos ζ | invenimus *Zh*$_1$ **5** illi] vos ζ | habe α (*ac. F*) *Sh*$_1$ **6** molestus esse *tr.* ζ *edd* | et *om. Sh*$_1$ **7** illius sunt oves *om.* ζ **8** sunt *K Y* β *Zh*$_1$ *Sh*$_1$ **9** sint[1]] sunt *Mc*$_2$ *K Y Zh*$_1$ illas[1]] eas *Mc*$_2$ *Na*$_1$ | sint[2]] sunt *K Y* | seminavit *Zh*$_1$ **11** habes] tu *add. F* (*pc.*) γ β φ (*pc. X; praem.* ζ) *Sh*$_1$ *edd* **12** si] sed *Mc*$_2$ | propter possessiones quia non sunt tuae *tr.* α (*ac. F*) **13** sunt *om. K* | manus et pedes *Sh*$_1$ **14** pergant γ β φ *Sh*$_1$ | inquis ζ **15** illam tibi *tr. edd* | illam *om. Mc*$_2$; illa *F* | vindicas illam *tr. Y* **16** ergo δ (*ac. G*) ε | nomine *Mc*$_2$ | Donati nomine *Mc*$_2$ **18** est[1] *om.* ζ est[2]] Christus *add. Sh*$_1$ **19** laudant[1]] laudent *C* β φ | laudant[2]] laudent β δ (*exc. A; pc. G*) ζ

A solis ortu usque ad occasum laudate nomen domini. Ecce quam ecclesiam ostendo, ecce quid emit Christus, ecce quid redemit, ecce pro quo sanguinem dedit. Sed tu quid dicis? 'Et ego illi colligo.' *Qui mecum* inquit *non colligit, spargit.* Dividis unitatem, possessiones tuas quaeris. Et quare habent nomen Christi? quia ad defensionem possessionis tuae titulos Christi posuisti. Nonne hoc faciunt nonnulli in domo sua? Ne domum ipsius invadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces. Ipse vult esse possessor et frontem domus suae vult de titulo alieno muniri, ut cum titulus lectus fuerit, conterritus potentia nominis abstineat se ab invasione. Fecerunt illud, quando Maximianistas damnaverunt. Egerunt apud iudices et concilium suum recitaverunt tamquam titulos ostendentes, ut episcopi viderentur. Tunc iudex interrogavit: 'Quis hic alter episcopus est? De parte Donati?' Respondit officium: 'Nos non novimus nisi Aurelium catholicum.' Timentes illi leges non responderunt nisi de uno episcopo. Illi autem ut audirentur a iudice, nomen Christi imponebant, in possessione sua titulos illius imposuerunt. Bonus est dominus, qui illis parcat et, ubi invenerit titulos suos, vindicet illud possessioni suae. Potens est misericordia ipsius, qui illis illud faciat, ⟨et⟩ quos- ma 103

---

23 Matth. 12,30 **31** *cf.* Concilium Bagaitanum (CSEL 53, 276–278) **35** *cf.* *e.g.* Cod. Theod. 16,5,21 **39sq.** *cf.* Luc. 14,23 (*iuxta Aug.*)

$\alpha\,(F\,Mc_2\,Na_1)\,\kappa\,(\chi\,(S\,K\,Y)\,\gamma\,(C\,Ar_1)\,\beta\,(R\,Ro_{11}\,F_5))\,\phi\,(\delta\,(A\,G)\,\varepsilon_\omega\,(\varepsilon\,(N\,X)\,\varepsilon_1\,(Zh_1\,P_8))\,\zeta)$ $Sh_1\,edd\,(lo\,ma\,mi\,cc)$

---

22 creduntur] dicuntur Sh_1 **23** ex eo] et ex eo *Y* | vera²] vero *S K* **4, 1** ergo *om.* Mc_2 | quoniam] dominus *praem.* ε_2; quod *γ β δ ε* Zh_1 *ζ* Sh_1; quia *P* (*ac.*) **2** qui] quae Mn_3; quia *ζ* | comparis *S*; comparas *δ* (*exc. A*) Zh_1 **3** tus *P* **4** deus tuus homo *tr. ζ* | tuus] et *add. P γ* (*pc. C*) *β φ edd* **5** dominus Zh_1 supra *P χ C* ε_ω Mn_3 *ζ edd* **6** si *γ β* ε_ω (*exc.* Lx_2) *ζ* (non *add.*); *ut *add. α* | intellegis *β* | homo *tr. ante* qui *Y*; *tr. post* est *α* | propter] pro *F* **7** non¹ ... te *om. Y X* (*ac.*) | te²] *si ergo non incongrue orat pro te *add.* ε_2 Mn_3 Sh_1 *edd* | non² *om.* Sh_1 | potuit] pro te *add. Y* | verba] dei *add.* Sh_1 **8** propter] pro Sh_1 te¹ explicit tractatus primus incipit II in eodem psalmo *add.* Mc_2; explicit de titulo. incipit expositio psalmi *add. F*; alia expositio eiusdem psalmi *add.* Na_1; item de eodem *add.* Sh_1 **10** inimicos] nec iucundasti inimicos meos super me *ζ* | si ipsum ... cogitemus *ζ* | dominum] nostrum *add.* Sh_1 **11** verbum (*bis*) *δ* (*ac. G*) ε_ω (*exc.* P_8) | est *om. P* ε_2 **13** carnis] nec iucundasti inimicos meos super me *add. β* **15** illum *vl.* Sh_1; eum Sh_1 **16** colaphizaverunt] eum *add.* Mc_2 Na_1 Ar_1

Ista iucunditas eorum quasi cogit nos putare falsum esse quod dictum est. Deinde cum in cruce penderet, transibant vel stabant et attendebant et caput movebant et dicebant: Ecce filius dei, *alios salvos fecit, seipsum non potest; descendat de cruce, et credimus in eum*; dicentes ista nonne iucundabantur super eum? Ubi est ergo ista vox: EXALTABO TE, DOMINE, QUONIAM SUSCEPISTI ME NEC IUCUNDASTI INIMICOS MEOS SUPER ME?

(5.) Fortasse non est ista vox domini nostri Iesu Christi, sed ipsius hominis, sed universae ecclesiae populi Christiani, quia omnis homo in Christo unus homo est et unitas Christianorum unus homo. Fortasse ipse homo, id est unitas Christianorum ipsa dicit: EXALTABO TE, DOMINE, QUONIAM SUSCEPISTI ME NEC IUCUNDASTI INIMICOS MEOS SUPER ME. Quomodo et hoc verum est de illis? Non sunt prehensi apostoli, non sunt caesi, non sunt cc 178 flagellati, non sunt occisi, non sunt crucifixi, non sunt incensi vivi, non ad bestias pugnaverunt quorum memorias celebramus? Quando autem ista illis faciebant homines, nonne iucundabantur super eos? Quomodo ergo potest et Christianus populus dicere: EXALTABO TE, DOMINE, QUONIAM SUSCEPISTI ME NEC IUCUNDASTI INIMICOS MEOS SUPER ME?

18sq. *cf.* Matth. 27,39 **19** *cf.* Matth. 27,40 **19–21** alios ... eum[1]] Matth. 27,42

P α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε₂ (Lx₂) ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₈)) Mn₃ ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc)

---

18 est] nec iucundasti inimicos meos super me *add. edd* | penderet] et *add. Ar₁ ε_ω Mn₃ ζ edd* | *transiebant α (isti *add. Mc₂*) κ Zh₁ **19** et[2]] vel *Ar₁* **20** facit δ (*ac.*) ε | seipsum] salvare *add. Y* | credemus *Zh₁* | in eum] ei *Ar₁ δ* **21** iucundabuntur *Mn₃* **22** vox ista *tr. Mn₃ ζ Sh₁* **5, 1** est *om. Mc₂* | ista *om. P* | nostri *om. P α* | sed] id est *P C (pc.) β φ* (in *add. N*) *Sh₁* **2** sed] id est *fortasse melius* **3** in Christo *om. φ Sh₁* | est homo *tr. γ β* | est *om. Mn₃* Christianorum *vl. Sh₁*; populorum *Sh₁* **4** fortasse *α Sh₁*; *forte *cett* | homo[2] *om. δ* | homo[2] ... Christianorum *om. Mc₂ N (ac.)* **7** prensi *P F (pc.) Mn₃*; apprehensi *Mc₂* (a- *ir.*) *ζ*; pensi *F (ac.) Na₁ Sh₁*; comprehensi *edd* | sunt[2] *om. ε₂* **8** sunt[1] *om. ζ* **10** illi *δ* | iucundabuntur *Y* **11** et *om. P K Y Zh₁* | populus Christianus *tr. δ Zh₁ edd* **12** iucundasti] me *add. ε₁ (ac.)*

(6.) Intellegimus hoc, si videamus primo titulum psalmi. Habet enim: IN FINEM, PSALMUS CANTICI DEDICATIONIS ps. 29,1
DOMUS, IPSI DAVID. In hoc titulo est omnis spes et universum sacramentum dissolvendae huius quaestionis. Dedicabitur domus aliquando, quae modo fabricatur. Modo enim fabricatur domus, id est ecclesia, postea dedicabitur. In dedicatione apparebit gloria populi Christiani, quae modo latet. Saeviant modo inimici, humilient, faciant non quidquid volunt, sed quidquid desuper permittuntur. Non enim quidquid passi ab inimicis fuerimus, inimicis deputandum est et non domino deo nostro, quandoquidem in
ma 137 ipso exemplo mediatore demonstravit nobis desuper permitti ho-
mi 220 mines nocere, non voluntatem nocendi desuper dari, sed potestatem. Unusquisque enim malus apud se habet voluntatem nocendi; ut autem possit nocere, non habet in potestate. Ut velit, iam reus est; ut possit, occulta dispensatione providentiae dei in alium permittitur ad poenam, in alium permittitur ad probationem, in alium permittitur ad coronam: Ad poenam, quomodo permissi sunt allophyli, id est alienigenae, capere populum Israel, quia peccaverunt in deum; ad probationem autem permissus est diabolus in Iob: probatus est Iob, confusus est diabolus; ad coronam vero

6, 19sq. *cf.* Iob 1,12

P α (F Mc$_2$ *Na*$_1$*) κ (χ (S K Y) γ (C Ar*$_1$*) β (R Ro*$_{11}$ *F*$_5$*)) φ (δ (A G) ε*$_\omega$ *(ε*$_2$ *(Lx*$_2$*) ε (N X) ε*$_1$ *(Zh*$_1$ *P*$_8$*)) Mn*$_3$ *ζ) Sh*$_1$ *edd (lo ma mi cc)*

6, 1 intellegemus *S edd*; intellegamus *Y δ ε*$_\omega$ *(exc. P*$_8$*) ζ* | titulo *γ (ac. Ar*$_1$*)* 3 est *om. Y P*$_8$ *(ac.)* 4 dedicatur *α* 5 modo enim fabricatur *om. ε*$_2$ | modo² ... domus *om. Y* | ergo *P* 7 populi *om. Mn*$_1$ 8 non] nunc *δ (exc. A)* 9 ab inimicis passi *tr. Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | inimicis²] hoc *praem. ζ* 10 deputandum] de corde putandum *δ (exc. G; ac. A)*; de corde deputandum *δ (exc. A)* | nostro] non *σ (nam pc. F)* 11 ipso] suo *add. C edd* | mediatorem *Mn*$_1$ *(ac.) Sh*$_1$ *Zh*^{2} : mediator *P (ac.) δ (exc. A; pc. G) Mn*$_2$ *ζ Sh*$_2$ *edd*: mediator est *δ (ac. G) ε*: mediatoris *C (pc.) β P*$_8$ | nobis] quando *praem. ζ* | permitti *σ (permittente pc. F) γ (in. C) ε Zh*^{2} *edd* 12 nocere *P I χ ε* 13 voluntatem habet *tr. ζ* 14 nocere *S* | (in *om.*) potestatem *α Y C (ac.) ζ* 15 et providentia *ε*$_2$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ 17 ad poenam *om. Mc*$_1$ *Na*$_1$; et ad poenam quidem *I Sh*$_2$ | quo permissi 18 sunt] ab illo *add. γ I* 19 permissum ... diabolum *ε* 20 confossus *Zh*^{2}

permissi sunt persecutores in martyres: occisi sunt martyres, quasi vicisse se arbitrati sunt persecutores; illi in manifesto falso triumphaverunt, illi in occulto vero coronati sunt. Ergo in quem permittitur, occultae dispensationis est providentiae dei; ut autem velit nocere, ipsius hominis est; non enim continuo quem vult occidit.

(7.) Itaque ipse dominus, iudex vivorum et mortuorum, stans ante hominem iudicem, praebens nobis humilitatis et patientiae documentum, non victus, sed militi pugnandi exemplum demonstrans, minanti iudici, tumenti superbia et dicenti: *Nescis quia potestatem habeo dimittendi et occidendi te*, abstulit typhum inflantis et tamquam reddens exsufflationem qua detumesceret: *Non haberes* inquit *in me potestatem, nisi data tibi esset desuper*. Et Iob – nempe diabolus occidit filios ipsius, diabolus tulit omnem substantiam ipsius – , et ille quid? *Dominus dedit et dominus abstulit; sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum*. Non triumphet inimicus, quia ipse fecit. 'Novi ego' inquit 'a quo sit permissus; diabolo tribuatur nocendi voluntas, domino meo probandi potestas.' In ipso vulnere corporis accedit uxor relicta, sicut Eva adiutrix diaboli, non consolatrix mariti: tentat et dicit inter multas increpationes: *Dic aliquod verbum in deum et morere.* Et ille Adam in stercore cautior quam Adam in paradiso

cc 179

7,4–7 Ioh. 19,10–11 **9–11** Iob 1,21 **15sq.** Iob 2,9

P α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε₂ (Lx₂) ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₈)) Mn₃ ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc)

21 permissi sunt *om.* ε_1 **22** vici sese $S\zeta$ | false P | triumpharunt *edd* **23** vero $\alpha S K$; vere *cett edd* **25** vellet $\gamma\beta$ | non enim] et eum $\gamma\beta\phi$ (*exc.* Lx_2) **26** occidet P **7,2** humilitatis] exemplum *add.* ζ **3** documenta ϕSh_1 | victis Zh_1 | pugnanti Ar_1 (*pc.*) δ (*exc.* A; *pc.* G) $N\zeta$ **4** iudice tumente ... dicente Zh_1 tumentis ... dicentis ε_2 | superbiae K **5** typhum $P Y C$ (*ac.*) *edd*; typum *cett* **6** inflanti se β | exsufflatione $Mc_2 Na_1$ | detumescebat Mc_2 **7** inquit **tr. post* me $P Mc_2 \kappa\delta$ | potestatem in me *tr.* ζ | tibi data esset *tr.* $\gamma\beta\delta$; data esset tibi *tr.* $Mn_3 Sh_1$ | desuper *tr. post* nisi Ar_1 **8** diabolus[1]] tentavit (et *add.* $C Ro_{11}$) *add.* γ (*mg.* C) β **9** ipsius] eius $\varepsilon_\omega Mn_3 \zeta Sh_1$ | et[2]] et *om.* $P\gamma\beta\phi$ *edd* **12** sit *om.* $Mc_2 Na_1$; sum δ **13** corporis vulnere *tr.* ζ | accidit K **14** in Eva Mc_2 **15** deo α (domino Mc_2) **16** morire K

– nam Adam in paradiso consensit mulieri, ut de paradiso dimitteretur; Adam in stercore respuit mulierem, ut ad paradisum admitteretur – quid ergo ille Adam in stercore parturiens immortalitatem intrinsecus, vermibus fluescens extrinsecus, quid ait mulieri? *Tamquam una ex insipientibus mulieribus locuta es. Si bona percepimus de manu domini, mala non sustineamus?* Iterum et ille manum domini dixit in se, quod eum diabolus percusserat, quia non attendebat quis percuteret, sed quis permitteret. Namque et ipse diabolus eandem potestatem, quam sibi volebat dari, manum domini appellavit. Nam obiciens crimen iusto viro, cui dominus perhibebat testimonium, ait deo: '*Numquid gratis Iob colit deum?* mi 221 Tanta bona illi dedisti, propterea te colit; *sed mitte manum tuam et tange omnia quae sunt eius, nisi in faciem tuam benedixerit tibi.*' Quid est: *Mitte manum tuam?* Cum ipse vellet mittere, sed quia ipse non posset mittere manum suam, ipsam potestatem, quam accepit a deo, manum dei appellavit.

ma 138 (8.) Quid ergo, fratres, quia tanta inimici in Christianos fecerunt, exsultaverunt et iucundati sunt super eos? Sed quando apparebit quia non sunt iucundati? quando illi confundentur, illi

---

21sq. Iob 2,10 **27–29** Iob 1,9.11

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

---

17 consentit *δ* | emitteretur *edd* **18** Adam ... admitteretur *om. α* | ut *om. δ* | amitteretur *K δ* (dimitteretur *pc. A*) **19** quod *ε*$_2$ **20** fluens *F*$_5$ *Sh*$_1$ **21** mulieribus *om. ε*$_1$ *ε Mn*$_3$ *Vulg* **22** suscepimus *K Y Ar*$_1$ *Mc*$_2$ *ζ Sh*$_1$ | mala] autem (*om. Mc*$_2$) quare (*cf. Vulg*) *add. α Mc*$_2$ *Sh*$_1$ | sustinemus *ζ*: *sustinebimus *P δ edd* | itaque *Y* | et] ea *χ* (eam *Y*) **23** dixit] appellat *Y* (*cf. post* percusserat) | in se] esse *F* (*pc.*) *β* | quod] quando *Mn*$_3$ **24** percuret *P* et *om. Mc*$_2$ **27** periberat *P* | domino *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | colit Iob *tr. P φ* | deum] dominum *P δ ε*$_ω$ (*exc. X*) *edd*; nonne tu vallasti eum ac domum eius universamque substantiam eius per circuitum operibus manuum eius benedixisti et possessio eius crevit in terra *add. edd* (*cf. Iob 1,10*) **28** emitte *α* **29** facie tua *α Mn*$_3$ *Vulg*; facie sua *ε*$_2$ **30** velit *Y* | sed ... mittere *om. P ε*$_2$ (*ac.*) **31** possit *K Y γ* (*ac.*) *X* (*ac.*) *P*$_8$ **32** accepi *Y* | domino *F* | domini *δ* **8, 1** in Christianos inimici (inimicos *δ* (*exc. A*)) *tr. δ* | fecerunt] et *add. edd* **2** *exsultarunt *P α δ* | et *om. F*$_5$ | sunt *om. K*; *post* eos *P* **3** confundetur *P*

exsultabunt, in adventu domini dei nostri, cum venerit ferens in manu retributiones, damnationem impiis, regnum iustis, societatem cum diabolo iniquis, societatem cum Christo fidelibus. Quando ergo hoc ostenderit, quando stabunt iusti in magna constantia – de scripturis dico, recordamini lectionem de libro sapientiae: *Tunc stabunt iusti in magna constantia adversus eos qui se angustaverunt; illi autem dicent inter se paenitentes et prae angustia spiritus gementes: Quid nobis profuit superbia, et divitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tamquam umbra*. Et quid dicunt de iustis? *Quomodo computati sunt inter filios dei, et inter sanctos sors illorum est?* – , tunc erit dedicatio domus, quae modo in tribulationibus fabricatur; tunc recte dicet populus ille: EXALTABO TE, DOMINE, QUONIAM SUSCEPISTI ME NEC IUCUNDASTI INIMICOS MEOS SUPER ME. Vera ergo erit vox ista in populo dei, qui populus modo angustatur, modo tribulatur tantis tentationibus, tantis scandalis, tantis insecutionibus, tanta pressura. Haec tormenta animi non sentit in ecclesia qui non proficit (putat enim quia pax est); sed incipiat proficere, et tunc videt in qua pressura sit, quia *cum crevisset herba et fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania*; et qui apponit scientiam, apponit dolorem.

cc 180

8, 9–12 Sap. 5,1.3.8–9 **13sq.** Sap. 5,5 **22sq.** *cf.* Matth. 13,26 **23** *cf.* Eccl. 1,18

P α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε₂ (Lx₂) ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₈)) Mn₃ ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc)

4 adventum *P α χ P₈* | dei *om. P δ ε₂ Zh₁ (ac.) Mn₃ Sh₁* | nostri] Iesu Christi *add. δ* 5 manu] sua *add. P* | retributionis *γ P₈*; retributionem *Mc₂* | damnationes *α (om. Mc₂) ε₂ Mn₃ Sh₁* 6 diabolo cum *tr. δ* 7 hoc ergo *tr. ε_ω (ac. X) Mn₃ Sh₁* | ostendet *β δ ε_ω (exc. Lx₂) ζ* 8 recordor mihi *Zh₁* | in lectione *Ar₁* 10 *per angustiam *α χ δ Vulg*; per angustias *P ε₂* 11 spiritus *om. α (ac. F) χ C (ac.) Zh₁ (ac.)* | ingemiscentes *Mc₂* 12 transierunt] enim *add. κ P₈ ζ edd* illa omnia *tr. Y* 13 dicent *edd* 15 in] inter *P* | dicit *Mc₂ γ (ac.) β δ (exc. G) ε_ω (exc. Zh₁; ac. X) Mn₃ Sh₁* (et *add.*) 18 modo angustatur *om. Mc₂* | tantis *om. α* 20 anima *ε₂* 21 incipiet *δ (exc. A; incipit ac. G)*; incipiant *α (ac. F)* videbit *F (pc.) Y edd*; vidit *ε₂* | in qua] in quanta *Mc₂*; quod in *γ β* 22 sit *tr. ante* pressura *δ*; est *ε_ω (exc. Lx₂) ζ* | qui *Mc₂ Na₁* | herba ... fecisset *om. ε₂* 23 apparuerunt] et *add. F (sl.) Vulg edd* | apponit²] apponet *Mc₂*; et *add. Y* dolorem *om. Mc₂*

Proficiat, et videbit ubi sit; existat fructus, et apparebunt zizania. Vox veridica est per apostolum, deleri non potest ab initio usque in finem: *Sed et omnes, qui volunt* inquit *pie vivere in Christo, persecutionem patiuntur. Maligni autem homines et seductores proficient in peius, ipsi errantes et alios in errorem mittentes.* Et unde verba illa psalmi: *Sustine dominum, viriliter age, et confortetur cor tuum, et sustine dominum?* Parum erat semel *sustine dominum*, nisi repeteret; ne forte sustineret biduo, triduo, quatriduo, et maneret pressura et tribulatio; ideo addidit: *Viriliter age;* addidit: *Et confortetur cor tuum.* Et quia ab initio usque ad finem sic erit, quod habet sententia in capite, hoc habet in fine: *Et sustine dominum.* Transeunt ista quae te premunt, et veniet quem sustines, et exterget sudorem, siccabit lacrimam, ultra non flebis. Modo autem gemamus in tribulationibus, sicut dicit Iob: *Nonne tentatio est vita humana super terram?*

(9.) Tamen, fratres, antequam veniat dies dedicationis domus, videamus quia iam dedicatum est caput nostrum; iam facta est dedicatio domus in capite tamquam dedicatio fundamenti. Ca-

26–28 2 Tim. 3,12–13 **29sq.** Ps. 26,14 **37sq.** Iob 7,1

P α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε₂ (Lx₂) ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₈)) Mn₃ ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc)

24 proficiet *γ (ac. C) ε₂ X (ac.) Zh₁* | et¹ *om. Zh₁* | existat] et videbit *add. γ (ac. C) φ* (et videbunt *G P₈*) | et²] tunc *add. Zh₁* | apparebit *Y ε₂* **25** veredicta *C (ac.) ζ*; vero dicta *δ* **26** in¹ *codd*; ad *edd* | et *om. P* | inquit qui volunt *tr. P δ* (*exc. A*) **27** *patientur *P Mc₂ Na₁ χ Vulg* | mali *Mc₂ Vulg*; magni *Mn₃* proficiunt *γ β ε_ω* (*exc. Lx₂*) *Mn₃ ζ Sh₁ edd* **28** errore *δ* (*exc. G*) *N* | unde] sunt *add. Y edd* | illa verba psalmi (psalmi verba *tr. δ* (*exc. A*)) *tr. P δ ζ* **29** et *om. ε₂ Mn₃* **30** parum ... dominum *om. Mc₂* | sustine semel *tr. δ* | *sustinere *F Na₁ ε_ω ζ* **31** sustinere *δ*; sustineres *ζ* | quadriduo *P C δ Zh₁*; quatruo *S*; quadruo *add. K* | maneret] non erat *Zh₁* **32** addidit¹] addit *κ* (*exc. Ar₁*); addicit *Mc₂* | addidit²] addit *χ*; et addidit *X ζ* **33** qui *Mc₂ Na₁* | ad] in *δ* (*exc. A*) *N* (*pc.*) *ζ edd* **34** sententia in] sententiam *α* | habet²] et *add. ζ* | finem *χ γ* (*ac. C*) *ε_ω* (*exc. Zh₁*) | et *om. ζ* **35** et transeunt *ε₂ Mn₃*; transient *Y* | sustinet *α* (*ac. F*) **36** extergit *α* (*ac. F*) *S K C* (*ac.*); exercet *ε₂* | sic abiit lacrima *Y* **38** hominis *α Vulg* | in terra *ε₂* **9,1** veniet *Zh₁* **3** fundamenti dedicatio *tr. ζ*

put sursum est, fundamentum deorsum; et ne forte propterea male dixerimus fundamentum esse Christum: culmen est potius, ascendit in caelum, sedet ad dexteram patris. Sed puto nos non errasse; apostolus enim dixit: *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus; si quis autem superaedificaverit supra fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos* – qui bene vivunt, qui deum honorant et laudant, qui patientes sunt in tribulationibus, qui desiderant patriam, ipsi aedificant *aurum, argentum, lapides pretiosos*; qui autem amant adhuc saecularia et negotiis terrenis implicati sunt et dediti sunt vinculis quibusdam et affectibus carnis, domibus suis, coniugibus, possessionibus et tamen Christiani sunt, ita ut cor eorum non recedat a Christo, et nihil praeponant Christo, quomodo in aedificando nihil praeponitur fundamento, aedificant quidem ipsi *ligna, fenum, stipulam*; sed quid secutus est? *Uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit*, ignis tribulationis et tentationis. Iste ignis multos martyres hic probavit, omne autem genus humanum probat in fine. Inventi sunt martyres qui haberent ista saecularia; quam multi divites et senatores passi sunt! Aedificabant tamen quidam eorum *ligna, fenum, stipulam* in affectibus carnalium et

mi 222 cc 181 ma 139

9,7–18 1 Cor. 3,11*sq.* 18–30 1 Cor. 3,13–15

P α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε₂ (Lx₂) ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₈)) Mn₃ ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc) 9,10 qui[1] *inc. Beda* (Fransen 153)

4 deorsum] iusum δ (*pc. G*); inferius ε_2 *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | et *om. Mc*$_2$ *Na*$_1$ γ β ε *Zh*$_1$ ζ *edd*; est δ 5 dixerim β | ascendit] enim *add.* ζ 6 servasse *Zh*$_1$ 7 enim[2] *om. Mc*$_2$ ε_2 *Mn*$_3$ 8 id *om. Zh*$_1$ | Iesus Christus *tr. edd* 9 fundamentum] hoc *add. F Y C* (*sl.*) *edd* 10 qui[2] quoniam *Mc*$_2$ *Na*$_1$ | dominum *Zh*$_1$ 11 qui[2] quae *Ar*$_1$ 12 adhuc amant *tr. P* 13 terrae *Zh*$_1$ | implicati] occupati *P* | sunt[2] *om.* ε_2 *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ 14 in vinculis δ *Beda* | affectionibus α *Sh*$_1$ | coniugiis *Beda* 15 non cor eorum *tr.* $\gamma\beta$ | (non *om.*) recedant *Mc*$_2$ 16 et ... Christo *om. Beda* | nil ε_2 | proponant δ (proponunt *A*) ε_ω (*exc. Zh*$_1$; *ac. X*) 17 nil ε_2 *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | ipsi *om.* ζ | lignum *Zh*$_1$ 18 stipula ε_2 19 tribulationibus *Mc*$_2$; tribulatio *P* | et tentationis *om. P* ε_2 20 probavit hic martyres *tr.* δ *Beda* | probat *F C* (*ac.*) *Sh*$_1$ | probatur *Y* ζ 21 finem *F* (*pc.*) $\gamma\beta\delta\varepsilon_\omega$ (*exc. Zh*$_1$); fide ζ | quia ε 23 fenum] et *add. Y* | carnalibus ϕ

saecularium curarum, sed tamen quia Christum fundamentum habebant, super quod aedificabant, arsit fenum, et ipsi remanserunt in fundamento. Sic dicit apostolus: *Si cuius opus permanserit, mercedem accipiet* et nihil perdet; quia quod amavit, hoc inveniet. Quid ergo illis fit? ignis tribulationis probabit eos. *Si cuius opus permanserit, mercedem accipiet; si cuius opus arserit, damnum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem.* Sed aliud est igne non laedi, aliud per ignem salvari. Et unde? propter fundamentum. Non recedat ergo de corde fundamentum. Noli super fenum ponere fundamentum, hoc est noli anteponere fenum fundamento, ut fenum habeat primum locum in corde tuo et secundum Christus; sed si iam non potest nisi esse ibi fenum, vel primum locum ibi habeat Christus et fenum secundum.

(10.) Ergo fundamentum est Christus, quomodo dixi; dedicatum est caput nostrum; ipsum caput est fundamentum. Sed fundamentum deorsum solet esse, caput autem sursum. Intellegat sanctitas vestra quid dicam, fortassis explicabo in nomine Christi: Pondera gemina sunt; pondus enim est impetus quidam cuiusque rei velut conantis ad locum suum; hoc est pondus. Fers lapidem

---

10, 1 quomodo dixi] *cf.* 9,2

P α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F)) φ (δ (A G) ε₂ (ε₃ (Lx₂) ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₂)) Mn₁ ζ) Sh₁ Beda edd (lo ma mi cc) 36 secundum *dies. Beda*

---

24 horarum χ C (*ac.*) | Christum α *Sh₁ edd*; **om. cett* 25 manserunt *P κ φ*; permanserunt *Beda* 26 (in *om.*) fundamentum γ (*ac.* C) β | sicut γ β N ζ | si *om. P* | manserit γ (*pc.* C) φ *edd* 27 accipiat K Y (*pc.*) | et **om. P ε₂ Mn Beda* | perdit γ (*ac.* C) β *Beda* | amabat ζ | hoc] homo *Mc₂* | invenit γ (*ac.* C) β 28 illic *P*; illi χ C (*pc.*) δ ζ *Sh₁*; ille *Ar₁* β ε₂ (*ac.* N) *Mn₁ Beda* | fiet C (*pc.*) *Beda*; facit *Ar₁*; fecit β ε₂ *Mn* ζ | tribulationis α (tribulationibus *Mc₂*) *Sh₁*; *om. cett* probabit] probavit C β ε₂ (*exc. Lx₂*; *ac.* X) *Mn₁* (*pc.*) ζ *Sh₁* (*ac.*) | eos α *Sh* (*ac.*); *om. cett* | opus *om.* Y (*ac.*) ε₂ *Beda* 30 ipse ... ignem] et cetera *Beda* | erit *om. Mc₂* 31 igni γ β | igne ... per *om. Mc₂* | aliud] est *add.* γ β δ ε ζ | igne *P* 32 ergo] igitur *Sh₁* | fundamentum de corde *tr.* ζ; fundamentum a corde δ (*exc. A*) | supra *P φ* (*pc. Zh₁*) *Beda* 33 fundamentum fenum ponere *tr. Mn₁* | poni *F* | hoc ... fundamento *om.* Y | est] et ε₁ 34 suo ... Christum S K 35 si *om.* α *Beda* 36 habeat ibi *tr. F* 10, 1 Christus est *tr. Sh* 4 quid] quod δ | Iesu Christi φ *Sh* 5 impetus *om.* ε₁ 6 conatus ε₁ (conatis *ac.*) *Zh₁* | fers] ferri γ; ferrum β (*ac. R*)

manu, pateris pondus; premit manum tuam, quia locum suum quaerit. Et vis videre quid quaerat? Subtrahe manum: Venit ad terram, quiescit in terra; pervenit quo tendebat, invenit locum suum. Pondus ergo ille motus erat quasi spontaneus, sine anima, sine sensu. Sunt alia quae sursum versus petunt locum. Namque si aquam mittas super oleum, pondere suo in ima tendit; locum enim suum quaerit, ordinari quaerit, quia praeter ordinem est aqua super oleum. Donec ergo veniat ad ordinem suum, inquietus motus est, donec teneat locum suum. Contra, oleum funde sub aqua, verbi gratia quemadmodum si vas olei cadat in aquam, in abyssum, in mare et frangatur: non se patitur oleum subter. Quomodo aqua super oleum missa pondere ad ima locum suum quaerit, sic oleum subter aquam fusum pondere ad summa locum suum quaerit. Si ergo ita est, fratres, quo tendit aqua et ignis? Ignis sursum fertur, locum suum quaerit; et aqua locum suum quaerit. Pondere suo lapis ima petit et tignum et columna et terra, unde aedificantur istae domus; de illo ergo sunt genere rerum, quae pondere suo deorsum feruntur. Manifestum est ergo ideo deorsum accipere fundamentum, quia pondere suo deorsum

cc 182

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

---

7 manum *N* | patens *δ* 8 videre *om. α* 9 terra *ε*$_2$ | terram *S C* 10 illud *P F (pc.) κ φ Sh*$_1$ *edd* 11 versus *om. ε*$_2$; versa *α*; conversa *γ*; missa *ζ* | appetunt *Sh*$_1$ (repetunt *vl.*) | nam quasi *S* 12 aquam] aliqua *Mc*$_2$ *Na*$_1$ (*ac.*) | mittis *K* 13 quaerit suum *tr. Zh*$_1$ | ordinare *γ* (*ac. Ar*$_1$) | ordinari quaerit *om. Zh*$_1$ ordine *Mc*$_2$ 14 venit *ζ* 15 est motus *tr. Sh*$_1$ | funde oleum *tr. β* | fundes *P Zh*$_1$ 16 sub aquam *Zh*$_1$; super aquam *Y* | olei] cum oleo *ζ* | aqua *P α γ R ε*$_2$ *ε (ac. N) Mn*$_3$ *Sh*$_1$ 17 abysso *P δ ε*$_2$ *Sh*$_1$ | mari *Sh*$_1$ | et *om. δ* | frangitur *Y* separatur *ε*$_2$ *N (pc.)* 18 *sed quomodo *P δ N Sh*$_1$ | missam *Mc*$_2$ | pondere] suo *add. γ (mg. C) β φ* (ad ima pondere suo *Lx*$_2$) *Sh*$_1$ | quaerit locum suum *tr. Sh*$_1$ 19 sic ... quaerit *om. ε*$_2$ | aqua *P α* | sine pondere *α*; pondere suo *β P*$_δ$ *(pc.) Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | summam *C δ (exc. G; ac. A) ε (ac. X)* 20 si ... est] sic ergo *ε*$_2$ *Mn*$_3$ | fratres est *tr. ε*$_1$ | ignis et aqua *tr. φ Sh*$_1$ *edd* 21 ignis] et *add. ε*$_2$ sursum] summum *α* (sub *vl. F*) | fertur] tendit *κ* | locum^2 ... quaerit *om. α (ac. F)* 22 lignum *Mc*$_2$ *γ β φ (exc. Lx*$_2$) *Sh*$_1$ *edd* | columnae *γ β ε*$_ω$ *Mn*$_3$ *ζ Sh*$_1$ *edd* 23 aedificatur ista *γ β* | domus *om. ζ*; *tr. ante* istae *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ 24 deorsum] versus *add. Sh*$_1$ | est *om. ε*$_2$ | ergo] autem *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ 25 deorsum^1] iusum *φ (exc. P*$_8$) | deorsus *δ*

versus feruntur; et nisi sit quod sustineat, totum cadit, quia totum ad terram vergit. Rebus ergo ad imum tendentibus in imo ponitur fundamentum; ecclesia vero dei in imo posita tendit in
ma 140 caelum. Fundamentum ergo nostrum ibi positum est dominus
30 noster Iesus Christus sedens ad dexteram patris. Si ergo intellexit sanctitas vestra, quia iam dedicatum est fundamentum nostrum, audiamus breviter psalmum et decurramus.

(11.) EXALTABO TE, DOMINE, QUONIAM SUSCEPISTI ME NEC IUCUNDASTI INIMICOS MEOS SUPER ME. Quos inimicos? Iudaeos? In dedicatione fundamenti ipsam dedicationem intellegamus domus futurae. Quod enim dicitur modo ex persona fundamenti, tunc dicetur ex persona universae domus. Quos ergo inimicos? Iudaeos an potius diabolum et angelos eius, qui confusi discesserunt, postquam dominus resurrexit? Praepositus mortis doluit victam mortem. Et non IUCUNDASTI INIMICOS MEOS SUPER ME, quia teneri apud inferos non potuit. ps. 29,2

(12.) DOMINE DEUS MEUS, CLAMAVI AD TE, ET SANASTI ME. Oravit in monte dominus ante passionem: sanavit illum. Quem sanavit? qui numquam aegrotavit, verbum deum, verbum divinitatem? Non, sed mortem carnis portabat, vulnus tuum portabat sanaturus te de vulnere tuo. Sanata est autem caro. Quomodo? cum resurrexit. Audi apostolum, vide veram sanitatem: *Ab-* ps. 29,3

12,2 *cf.* Matth. 26,39 6–8 1 Cor. 15,54–55

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_\omega$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε (*Zh P*)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*) 12,2 oravit *inc.* ω

26 versum *Zh*$_1$ | ni δ (*exc. A*) | sit *om.* α (*ac. F*); habeat *Y* | quia ... vergit *om.* ε$_2$ *Mn*$_3$ 27 vergit ad terram *tr. Zh*$_1$ | imam δ (*ac.*); ima *Y* γ β ε$_\omega$ (*exc. Lx*$_2$) *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ *edd* 28 ima ε$_2$ (*ac.*) *X* (*ac.*) ζ | in^2] ad *K Y* 29 ergo] enim ε$_2$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ 30 intellexit *tr. post* vestra *Zh Mn*$_3$ *Sh*$_1$; intellegit χ 32 breviter] et *add. F* discurramus ε$_2$ *Zh*$_1$ 11,3 in dedicatione fundamenti *om. Y* | dedicationem *C* (*ac.*) *Ro*$_{11}$ ε$_\omega$ (*exc. Zh*$_1$; *ac. Lx*$_2$) | fundamenti ... dedicationem *om. Mc*$_2$ 4 modo *om.* ε$_2$ 6 discesserunt confusi *tr.* δ 7 deus κ | praepositos *K* 8 et non] nec χ (*ac. S*) 9 potui γ β ζ (*tr. ante* apud) *edd* 12,2 illum] eum *edd* 3 deum] domini φ (dei *Mn*$_3$) *Sh*$_1$ 4 divitatem ε$_2$ 5 te *om. Mc*$_2$ | de *om. Y* sana χ *C* (*ac.*) | quando *edd* 6 surrexit β *Mn*$_3$ | vide *om. P*

sorpta est, ait, *mors in victoriam. Ubi est, mors, aculeus tuus? Ubi est, mors, contentio tua?* Ergo exaltatio illa nostra tunc erit, vocis Christi modo est exaltatio.

ps. 29,4 (13.) DOMINE, REDUXISTI AB INFERIS ANIMAM MEAM. cc 183
Non opus est ut exponatur. SALVUM FECISTI ME A DESCENDENTIBUS IN LACUM. Qui sunt qui descendunt in lacum? omnes peccatores mergentes in profundum. Lacus est enim profunditas saeculi. Quae est ista profunditas saeculi? abundantia luxuriae et nequitiae. Qui ergo libidinibus se immergunt et terrenis desideriis, descendunt in lacum; tales Christum persecuti sunt. Sed quid dicit? SALVUM FECISTI ME A DESCENDENTIBUS IN LACUM.

ps. 29,5 (14.) PSALLITE DOMINO, SANCTI EIUS. Quia resurrexit caput vestrum, hoc sperate, membra cetera, quod videtis in capite; hoc sperate, membra, quod credidistis in capite. Proverbium est antiquum et verum: 'Qua caput, et cetera membra'. Christus in caelum ascendit, quo nos secuturi sumus; non remansit apud infe- mi 224
ros: resurrexit, iam non moritur; cum resurrexerimus et nos, iam non moriemur. Has ergo promissiones habentes PSALLITE DOMINO, SANCTI EIUS, ET CONFITEMINI MEMORIAE SANCTITATIS EIUS. Quid est: CONFITEMINI MEMORIAE? Obliti enim eratis eum, sed ipse vos non est oblitus.

14, 4 qua ... membra] *cf.* Otto, Sprichwörter, p. 75 6 *cf.* Rom. 6,9

P α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε₂ (Lx₂) ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₈)) Mn₃ ζ) ϖ Sh₁ edd (lo ma mi cc) 9 exaltatio *des. w* 14, 1 quia *inc. w* 2 capite *des. w*

---

7 victoria *P δ (pc. G) ε₂ (pc.) w ε₁ Mn₃ ζ Sh₁ Vulg* 8 mors *om. δ (exc. A; ac. G) Zh₁* | exaltatio ergo *tr. Mc₂* | exsultatio *P S γ β δ ε₂ w Mn₃* | nostra *om. Mn₃*; nostrae *γ β edd* 9 exsultatio *P κ (exc. K) δ ε₂ w Mn₃ Sh₁* 13, 1 deduxisti *Sh₁* anima mea *P* 2 est opus *tr. Zh₁* | salvasti *Sh₁ Vulg Ψ_αβκ* | me fecisti *tr. ζ* 4 enim *om. Mc₂*; *tr. ante* est *Zh₁ ζ* 5 profunditas ista *tr. Sh₁* | abundantiae *ε₂ Mn₃* | luxuria et nequitia *Zh₁* | et *om. Mc₂ Na₁ Sh₁* 6 sese *edd* | et *om. P* 7 qui *δ* 8 me fecisti *tr. α ζ* 14, 1 qui *S N (ac.)*; quare *ε₂* 2 nostrum *Mc₂ Zh₁ Mn₃ Sh₁* | hoc ... capite *om. Mc₂* | membra] vestra *add. P* | *vidistis *Na₁ ε₂ w Mn₃ Sh₁* 3 hoc ... capite *om. ζ* | membris *Mc₂* | *creditis *α ε₂* 4 qua *P S K*; quia *α* (et *add.*) *Y C (ac.)*; *quo *δ Sh₁*; ubi *cett edd* | et² *om. δ (exc. A)* 7 morituri sumus *Zh₁* 10 eum *om. Y*

(15.) QUONIAM IRA IN INDIGNATIONE EIUS ET VITA IN ps. 29,6
VOLUNTATE EIUS. Ira in indignatione peccatori. *Qua die ederitis, morte moriemini*: Tetigerunt, mortui sunt, dimissi de paradiso, quia IRA IN INDIGNATIONE EIUS; sed non sine spe, quia VITA IN VOLUNTATE EIUS. Quid est: IN VOLUNTATE EIUS? non in viribus nostris, non in meritis nostris, sed quia voluit, salvos nos fecit, non quia digni eramus. Quo est enim peccator dignus nisi supplicio? Sed tamen venit ipse et pro supplicio vitam dedit. Et si impiis vitam donavit, quid servat fidelibus?

(16.) VESPERE DEMORABITUR FLETUS. Nolite timere, quia dixerat nobis: PSALLITE et hic gemitus est; in psallendo exsultatio, in orando gemitus. Geme de praesentibus, psalle de futuris: ora de re, psalle de spe. VESPERE DEMORABITUR FLETUS. Quid est VESPERE DEMORABITUR FLETUS? Vespera fit quando sol occidit. Occidit sol ab homine, id est lux illa iustitiae, praesentiae dei. ma 141 Ideo quando expulsus est Adam, quid dictum est in genesi? *cum deambularet deus in paradiso*. Ad vesperam deambulabat deus: iam ille peccator texerat se intra lignum, nolebat videre faciem dei, ad quam gaudere consueverat: occiderat illi sol iustitiae, non gaudebat ad praesentiam dei. Inde inchoata omnis ista vita morta-

15, 2sq. Gen. 2,17 16, 7sq. *cf.* Gen. 3,8 9sq. *cf.* Gen. 3,8 10 *cf.* Mal. 3,20

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zb$_1$ P$_3$) Mn$_3$ ζ) Sb$_1$ add (ita mss rec.)

15, 2 iram Sb_1 | in *om.* δ | peccatoris α 3 tetigerunt] ederunt β 4 quoniam Zb_1 | quia[1] ... spe *om.* Mc_2 5 quid ... eius *om.* $ε_2Mn_3$ | in (*bis*) *om.* Y 6 non ... nostris *om.* $Mc_2ε_2Mn_3$ 7 non] enim *add.* Y | enim est *tr.* Mc_2Na_1 | dignus] dixit $ε_1$ | nisi *om.* Mc 8 sed] et Sb_1 | sed ... supplicio *P δ Sb add:* *om. ceteri* | venit δ Sb_1; *om. cett. edd* | dedit vitam *tr.* Sb_1 9 qui Mc 16, 1 noli *p Zb$_1$* 2 vobis *ε (ac. X)* psallite] et hic exsultatio est *add.* β 3 in *om.* Mc_1 4 ora ... spe] orare de spe Mc_2 | de[2] *om.* Y | fletur $ε_2$ 5 vespere φ (*exc.* P_6 Sb_1) | sol Mc_1 | occiditur $ε_1$ 6 occidet $ε_2$ Mc_1 | hoc *P* | illa ista *N (ac.)* Zb_1; ista α; illa vera Mn_3Sb_1 | praesentia *P φ Sb$_1$ edd* 7 quid *om.* Y 8 dominus γ *p N Mn$_3$ Sb$_1$* | paradisum *P Na$_1$*; ad vesperam *add. Sb$_1$* 9 ille peccator iam *tr. Mn$_3$* | faciem dei *om.* δ; faciem *P β*; faciem domini ζ 10 quem φ (*exc. Mn$_3$*) consuerat Y 11 inde] ideo *praem.* ε (*ac. X*) | inchoata] est *add. F (pc.) Y P$_5$ edd* | vita ista *tr. Y ε$_ω$ Mn$_3$ ζ edd*

lis. VESPERE DEMORABITUR FLETUS. Diu eris in fletu, o genus humanum; nasceris enim de Adam, et sic est factum; et nos ex Adam sumus, et quotquot crearunt filios et creaturi sunt, ex Adam sunt, ex quo et ipsi creati sunt. VESPERE DEMORABITUR FLETUS ET IN MATUTINUM EXSULTATIO, quando coeperit oriri fidelibus lux, quae occiderat peccatoribus. Nam ideo et dominus Iesus Christus in matutino resurgere voluit de sepulcro, ut quod dedicavit in fundamento hoc promitteret domui. In domino nostro vespera fuit, qua sepultus est, et matutinum, quo resurrexit tertia die. Sepultus es et tu vespere in paradiso et resurrexisti tertio die. Quomodo tertio die? Si saeculum cogites, unus dies est ante legem, secundus sub lege, tertius sub gratia. Quod triduo illo ostendit caput tuum, hoc triduo saeculi ostendetur in te. Quando? in matutino. Sperandum est, laetandum est; sed perferendum modo et gemendum. cc 184

ps. 29,7 (17.) EGO AUTEM DIXI IN MEA ABUNDANTIA: 'NON MOVEBOR IN AETERNUM.' In qua abundantia dixit homo: NON MOVE-

17sq. *cf.* Matth. 28,1

P α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε₂ (Lx₂) ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₈)) Mn₃ ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc)

12 diu eris *om.* $\beta\,\varepsilon_1$; diversi $\delta\,Mn_3$; deberes γ; demersum *Y* 13 nasceris] nasci moris γ (moreris *pc. Ar₁*); moreris enim *add.* β | est] erit δ | ex] de *Zh₁* 14 Adam] facti *add.* $Y\,\varepsilon_2$; nati *add. Mn₃ Sh₁* | creaverunt δ 16 ad ε *Mn₃ Sh₁ Vulg* $\Psi_{-\kappa}$ | matutino $\gamma\,\beta\,\varepsilon_{-\varepsilon_2}$ (*exc. Lx₂*) | laetitia $\varepsilon_{-\varepsilon_2}$ (*praem. Zh₁*) *Mn₃ Sh₁ Vulg* $\Psi_{-\kappa}$ | coepit *Mn₃ Sh₁* 17 lux fidelibus *tr. Zh₁* | nam] et *add.* χ (*ac. Y*) | et *om. F* 18 Christus Iesus *tr. Y* | resurgere voluit] resurrexit $\alpha\,\kappa\,\varepsilon_{-\varepsilon_2}$ (*exc. Lx₂*: *pc. N*) ζ *edd* 19 praemitteret γ; permitteret *Zh₁* 20 nostro *om. Y C* (*ac.*); nam *K*; non *S* | vespere $\gamma\,\beta\,\varepsilon_{-\varepsilon_2}$ (*exc. P₈*) *Mn₃* (*tr. post* fuit) ζ | fuit vespera *tr. Sh₁* quia $\alpha\,C$ (*pc.*) $\beta\,\delta$ (*exc. G; ac. A*) $\varepsilon_{-\varepsilon_2}$ (*exc. P₈*) ζ | qua *P K* δ (*pc. A*) ε_2; quia δ (*exc. G; ac. A*) ε *Zh₁* ζ 21 tertio *P S* $\gamma\,\varepsilon_2$ *Mn₃ Sh₁ edd* | vesperi χ; vespera *P* resurrexeris *Zh₁* 22 tertia (*bis*) tertia $\delta\,X\,\varepsilon_1\,\zeta$ | secundum α (*ac. F*) | est] dies unus *add. Y* (unus *sl.*) 23 ante] unam *S K* | quo $\varepsilon_2\,X$ (*ac.*) 24 saeculo δ ostendetur $\alpha\,\chi$ (*pc. Y*); ostenditur *cett edd* 25 matutinum *P* ϕ | superandum β | perferendum] est *add. Y* $\gamma\,\beta\,\phi$ (*exc. Lx₂*) *Sh₁ edd* 26 et gemendum modo *tr.* δ | gemendum] modo *add.* $\varepsilon_2\,Mn_3$ 17,1 abundantia mea *tr.* ε *Vulg* 2 dixi ε

BOR IN AETERNUM? Intellegimus, fratres, personam huius hominis? Quis habet hic abundantiam? nemo. Abundantia hominis quae est? aerumna, calamitas. Sed divitiae habent abundantiam? Plus egent quanto plus habent, desideriis vastantur, cupiditatibus dissipantur, timoribus cruciantur, tristitia contabescunt: quae illis abundantia erat, quando constitutus est homo in paradiso, quando nihil illi deerat, quando deo fruebatur? Sed dixit: NON MOVEBOR IN AETERNUM. Quomodo dixit: NON MOVEBOR IN AETERNUM? quando libenter audivit: *Gustate, et eritis tamquam dii*, cum deus diceret: *Qua die ederitis, morte moriemini*, et diabolus: *Non morte moriemini*. Credens ergo illi talia suadenti dixit: NON MOVEBOR IN AETERNUM.

(18.) Sed quia verum dixerat deus, quod ablaturus esset superbo quod dederat humili, quando eum creavit, sequitur et dicit: DOMINE, IN VOLUNTATE TUA PRAESTITISTI DECORI MEO VIRTUTEM, id est quia non ex me bonus eram et fortis, sed ex te eram et pulcher et fortis, decori meo virtutem praestiteras ex voluntate tua, qua me feceras. Et ut ostenderes mihi, quia ex voluntate tua hoc eram, AVERTISTI FACIEM TUAM A ME, ET FACTUS ps. 29,8

17, 11 Gen. 3,5 12 Gen. 2,17 12sq. Gen. 3,4

P α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε₂ (Lx₂) ε (N N) ε (Zh P₁) Mn ζ) Sh edd (Io ma mi cc)

---

3 in aeternum *om. Mc₂* | intellegamus *δ (exc. A) ε₂ Mn₃*; intelleguntur *δ (exc. G)* | huius *om. β*; *tr. post* hominis *δ*; humilis *α χ γ ε_ω (exc. Lx₂) ζ (tr. post* hominis *) Sh₁ edd* 4 habet hic *P α κ δ*; hic habet *tr. cett edd*; haec *add. ε₂* | abundantiam *K ε₂ (ac.)* 5 iustitiae *χ (vl*; deliciae *Y) γ*; divites *β edd* 6 plus[1]] tanto *add. ζ* | quando *κ ε* 7 conturbescunt *ε₂* | illius *β Mn₃*; illi *ζ* 8 abundantia *iter. edd* 9 illi nihil deerat *tr. β ζ*; nihil deerat illi *α edd* | illi *om. ε₁* | deo *om. Mc₂ Na₁ ε₂ N (ac.)* 10 *quando *ζ* | quomodo ... aeternum *om. α* 11 libentes *δ (exc. A)* | sicut *α ζ Vulg* 12 dominus *Mc₂* | ederetis *S N (pc.)*; ederit *ε₂* 13 illi ergo *tr. ε_ω (exc. P₈) Mn₃ Sh₁* | ille alia *Y* **18, 1** vere *Y* dominus *α edd* | esset] erat *β*; dominus *add. F* 2 quando] quod *P χ γ δ ε₂ w* eum] enim *α (del. F)* 4 id est] idem *Mc₂* | quia *om. β*; qui *φ* | et] aut *P δ ε₂ w* *Mc₁* 5 pulchre *Mc₁ Na₁* | decori] et praec. *Y* 6 quia ita *P x*; quam *Zh* qua ... tua *om. Mc₂ ε₂* | et *om. α (ac. F)* | ostenderas *Zh₁*; ostenderis *K* | mihi *om. ε₁ Mn₃* 7 avertisti] autem *add. P δ ε₂ ε Sh₁ edd* | tua *Zh₁* | *a me *om. P α χ δ ε₂ Vulg*

SUM CONTURBATUS. Avertit ergo faciem suam ab illo quem mi-
ps. 29,9 sit foras de paradiso. Iam hic positus clamet et dicat: AD TE, DO-
MINE, CLAMABO ET AD DEUM MEUM DEPRECABOR. In paradiso cc 185
non clamabas, sed laudabas; non gemebas, sed fruebaris; foris po-
situs geme et clama. Propinquat tribulanti, qui deseruit superbi-
entem. *Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*
AD TE, DOMINE, CLAMABO ET AD DEUM MEUM DEPRECABOR.

(19.) Iam ex persona domini hoc sequitur, ipsius fundamen-
ps. 29,10 ti nostri: QUAE UTILITAS IN SANGUINE MEO, DUM DESCENDO
IN CORRUPTIONEM? Quid ergo orat? ut resurgat. 'Si enim de-
scendero' inquit 'in corruptionem, si sic fuerit corrupta caro mea
quomodo ceterorum hominum ut in fine resurgat, utquid fudi 5
sanguinem? Si enim non modo resurgam, nemini annuntiabo, ne-
minem lucrabor; ut autem alicui annuntiem mirabilia tua, laudes ma 142
tuas, vitam aeternam, exsurgat caro mea, non eat in corruptio-
nem. Nam si ierit quomodo ceterorum hominum, quae utilitas in
sanguine meo?' NUMQUID CONFITEBITUR TIBI PULVIS AUT AN- 10
NUNTIABIT VERITATEM TUAM? Confessio gemina est: aut peccati
aut laudis. Quando nobis male est, in tribulationibus confiteamur
peccata nostra; quando nobis bene est, in exsultatione iustitiae
confiteamur laudem deo; sine confessione tamen non simus.

ps. 29,11 (20.) AUDIVIT DOMINUS ET MISERTUS EST MEI. Quomo-
do? Attendit ad dedicationem domus: Audivit et misertus est.

18, 8sq. *cf.* Gen. 3,23*sq.* **13** Iac. 4,6

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_ω$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*) **19, 11** confessio *inc. e*$_4$ **14** simus *des. e*$_4$

8 avertisti *P* ε$_2$ | ergo] autem *P* | suam *om. P* κ ε$_2$ *edd* | emisit *F Mn*$_3$ *Sh*$_1$ *edd* **9** domine *om. Y* **11** sed[2]] laudabas et *add.* ε$_2$ *Mn*$_3$ | potius ε$_2$ **13** enim] autem β **14** domine *om. Y* **19, 1** iam *vl. F*; nam α | hoc] iam ζ **2** descendero *P* ε$_2$ (*pc.*) **3** corruptione *P* | erat *K* ε$_2$ *Zh*$_1$ | resurgeret ε$_2$ *Mn*$_3$ **4** corruptione δ (*ac. A*) | caro mea corrupta *tr. Mc*$_2$ **5** finem *P* δ | resurgam *P* ε$_2$ ω *Mn*$_3$ | fudit α (*ac. F*) **6** non *om.* α (*ac. F*) *C* (*ac.*); *tr. post* modo *F* (*pc.*) γ (*pc. C*) β **8** eat] exeat ε$_2$ *Mn*$_3$ **9** erit *Y F*$_5$ ε$_7$ **13** peccata *om. e*$_4$ **14** tamen *om.* ζ sim *P* ε$_2$ **20, 1** mihi *Mc*$_2$ Ψ$_{αβκ}$ | qua modo *Y* **2** attendite γ β *edd* | aedificationem β | audivit] dominus *add.* δ | est *om. Mn*$_3$

DOMINUS FACTUS EST ADIUTOR MEUS. (21.) Et audi iam ipsam resurrectionem: CONVERTISTI PLANCTUM MEUM IN GAUDIUM ps. 29,12
MIHI, CONSCIDISTI SACCUM MEUM ET ACCINXISTI ME LAETITIA. Quid est saccus? mortalitas. Saccus de capris conficitur et de haedis; et caprae et haedi inter peccatores ponuntur. Dominus de numero nostro saccum solum accepit, non assumpsit meritum sacci. Meritum sacci peccatum est; saccus ille mortalitas est. Assumpsit propter te mortalitatem qui meritum mortis non habebat. Meritum enim mortis ille habet qui peccat; ille autem qui non peccavit non habuit meritum sacci. Alio loco ipsius est vox
mi 226 dicentis: *Ego autem cum mihi molesti essent, induebam me cilicio.* Quid est hoc *induebam me cilicio*? 'Hoc opponebam persequentibus, quod habeo de cilicio.' Ut hominem illum putarent, abscondit se ab oculis persequentium, quia indigni erant persecutores qui viderent indutum cilicio. Ergo: CONSCIDISTI SACCUM MEUM ET CINXISTI ME LAETITIA, (22.) UT CANTET TIBI GLORIA MEA, ET ps. 29,13
NON COMPUNGAR. Quod in capite est, hoc in corpore. Quid est: NON COMPUNGAR? iam non moriar. Compunctus est enim,
cc 186 cum in cruce penderet; lancea percussus est. Caput ergo nostrum

---

21, 5 *cf.* Matth. 25,32 11 Ps. 34,13

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

21, 1 et *P α* (ut *vl. F*) *κ*; *om. cett edd* | audiam *α*; audiamus *Mn$_3$* | ipsam *om. Zh$_1$* 3 concidisti *Sh$_1$*; et *praem. F* | conscidisti ... laetitia] et cetera *Zh* praecinxisti *δ ε$_2$ Mn$_3$ ζ Ψ$_{αβκ}$*; cinxisti *P* 4 quid] *quis *P χ C (ac.) δ edd*; quod *Mc$_2$* | saccus^2 *om. P κ ε$_2$* | capris] saccus *add. β* | et *om. P δ ε$_2$* | de^2 *om. ζ* 5 et^1] est *ε$_2$* 6 accipit *ε$_2$ N (ac.)* | meritum] merita *δ (exc. A)* 7 illi *γ β* mortalitatis *Mc$_2$* 8 pro *ζ* | non *om. Mc$_2$* 9 enim *om. P Zh$_1$*; *tr. post* mortis *ε$_2$* | autem] mettunas (metu nos C; meitunas *F Na$_1$*; tunas *Mc$_2$*) filius baruc erat (erat *om. S K*) *add. α χ C (ac.)* | qui^2 *om. β*; quia *P* 10 alius *Mc$_2$* | est *om. ε$_2$*; *tr. post* vox *α* 11 induebam me] induebar *Mn$_3$ Vulg* | me *om. ε$_2$* cilicium *P* 12 hoc est *tr. Ar$_1$* | hoc *om. F Na$_1$* | induebam ... cilicio *iter. Mc$_2$* cilicium *P* | apponebam *F Na$_1$ K* | persecutoribus *α* 13 habebam *P*; habet *Zh$_1$*; alibi *Mc$_2$* | de cilicio] cilicium *Zh* ut] autem *Mc$_2$* | illum] me *Y* 15 cilicium *δ* | conscidistis *ε$_2$* (conscidistis *pc.*); concidisti *X (ac.) ε$_1$ (ac. Zh$_1$) Sh$_1$* 16 accinxisti *β*; praecinxisti *P Ψ$_{αβκ}$* 22, 2 quid] quod *Mc$_2$* 3 non^1 *om. ζ* *non^1 ... iam *iter. α Sh$_1$* 4 ergo] enim *ε$_2$ Mn$_3$ Sh$_1$*

dicit: 'NON COMPUNGAR, iam non moriar.' Nos autem quid dicimus propter dedicationem domus? 'Non nos compungat conscientia stimulis peccatorum.' Dimittentur enim omnia, et tunc liberi erimus. UT CANTET TIBI inquit GLORIA MEA, non humilitas. Si nostra, et Christi, quia corpus Christi nos. Quare? quia quamvis Christus sedeat in caelo, dicturus est quibusdam: *Esurivi, et dedistis mihi manducare*. Et ibi est et hic: ibi in se, hic in nobis. Quid ergo ait? UT CANTET TIBI GLORIA MEA, ET NON COMPUNGAR. Gemit tibi humilitas mea, cantabit tibi gloria mea. Iam in fine: DOMINE DEUS MEUS, IN AETERNUM CONFITEBOR TIBI. Quid est IN AETERNUM CONFITEBOR TIBI? in aeternum laudabo te, quia diximus esse confessionem et in laudibus, non tantum in peccatis. Confitere ergo modo quod tu fecisti in deum, et confiteberis quod tibi fecerit deus. Quid fecisti? peccata. Quid deus? confitenti iniquitatem tuam dimittit peccata tua, ut ei postea laudes ipsius confitens in aeternum non compungaris peccato.

22, 10sq. Matth. 25,35 **16** diximus] *cf.* 19,11–14

P α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε₂ (Lx₂) ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₈)) Mn₃ ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc)

5 qui *S* **6** compunget *β* **7** stimulus ε_1 | enim] ei *β* (*exc.* Ro_{11}) **8** inquit *om.* *ζ*; *tr. post* mea *δ* **9** si ... et] nostra sed Mc_2 **10** redeat *ε* | esurivi] enim *add.* *α* Mn_3 Sh_1 *Vulg* **11** dedisti Mc_2 *S Y C* (*ac.*) | in se ibi *tr.* Mc_2 | hic²] et *praem.* Ar_1 **12** et ... mea *om.* Mc_2 **13** gemet *P δ* **14** finem *γ β* ε_ω (*exc.* Zh_1) Mn_3 *ζ* dominus Mc_2 **15** quid ... tibi *om.* Mc_2 **16** esse *om.* *S* **17** modo] homo *β* quod] quo Mc_2; quid ε_ω **18** quod] quid *α* (*ac. F*) ε_2 (*pc.*) *X* (*pc.*) Zh_1 Mn_3 | fecisti] deo *add.* ε_2 Mn_3 | deus²] tibi *add.* *γ* (*sl. C*) *β φ* (*praem. A G*) Sh_1 **19** dimisit *β*; tibi *add.* Sh_1 *edd* | tua *δ* Sh_1; *om. cett* | ei] ea *S* **20** non *om.* Mc_2 Zh_1 (*ac.*) pungaris ε_1 | peccato] amen *add.* *F* Na_1; finiunt exposita psalmorum a primo usque vigesimum viiii *add.* *S K*

IN PSALMUM XXX

SERMO PRIMUS

ma 145 (1.) Psalmi huius quem modo cantavimus quantum possu-
mi 229 mus secreta rimemur et inde sermonem exsculptum reddamus
cc 190 auribus et mentibus vestris. Titulus eius est: IN FINEM, PSALMUS ps. 30,1
mi 230 IPSI DAVID, ECSTASIS. IN FINEM quid sit novimus, si Christum
5 novimus; dicit enim apostolus: *Finis enim legis Christus ad iusti-*
cc 191 *tiam omni credenti*; finis non consumens, sed perficiens; duobus
enim modis dicimus finem: vel quo fit ut non sit quod erat, vel
quo fit ut perfectum sit quod inchoatum erat. Ergo IN FINEM in
Christum.

ma 146 (2.) PSALMUS DAVID ECSTASIS. Verbum ecstasis Graecum;
Latine, quantum datur intellegi, verbo uno exponi potest, si dica-
tur 'excessus'. Excessus autem mentis proprie solet ecstasis dici.
In excessu vero mentis duo intelleguntur: aut pavor aut intentio
5 ad superna, ita ut quodammodo de memoria labantur inferna. In
hac ecstasi fuerunt omnes sancti, quibus arcana dei mundum
istum excedentia revelata sunt. De hoc mentis excessu, id est ec-
stasi, Paulus cum loqueretur, seipsum insinuans ait: *Sive enim*

1,5sq. Rom. 10,4 **2,8–10** 2 Cor. 5,13

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{1/2}$ *F*)) ϕ (δ (*A G*) ε_2 (ε_1 (*Lx*$_2$) ε (*N M*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_{\text{g}}$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*) **2,1** verbum *inc. Beda* (Fransen 246) **3** excessus[1] *des. Beda* **4** in *inc. Beda*

1,1 quae modo *Mc*$_2$; quemadmodum *S K C* (*ac.*) | secreta rimemur] memoremus ε_2 | excultum ε_2; sculptum α (alium *vl. F*); sculpatum κ (scupltum *Y*); solitum *P* | reddamur *Zh*$_1$ **3** titulum ε_2 | eius *om. Ar*$_1$ **4** ipsi *om. LXX Vulg* Ψ *Ar*$_1$; ipse *K* | de ecstasi ϕ (de ecstasis *Lx*$_2$ ε) **6** finis] enim *add.* ζ **7** finem *om. Zh*$_1$ | vel[1] ... erat *om. F* (*ac.*) *Na*$_1$ | quo] quod γ (*ac. C*) δ (*ac. A*) ε_2 (*exc. Lx*$_2$) | fit] sit *Mc*$_2$ δ (*exc. A*) **8** quo] quod γ (*ac. C*) ε_2 (*exc. Lx*$_2$) | ut] in *Mc*$_2$ | in[2] *om. Sh*$_1$ **2,1** ecstasis[2]] est *praem.* κ; est ϕ (haec est *Lx*$_2$) **3** excessus[2] *om. Mc*$_2$ | solet] intellegi *add. Y* | ecstasi α | dici *om.* χ (*ac. S*) **5** ut *om.* α | quod ad modo *S C* (*ac.*) ε_2 | a γ (*pc. C*) β ϕ (*om. Mn*$_3$) *Sh*$_1$ | lavantur *S K* interna ϕ (*exc. Lx*$_2$; terrena *P*$_{\text{g}}$); terrena vel interna ζ **6** hac *om. Zh*$_1$; haec *F N* (*ac.*) | in mundum *Mc*$_2$ | mundi istius δ **7** excidentia δ (*exc. A*; *ac. G*) ε_2 ε (*ac.*); excellentia α *Sh*$_1$ *Beda* | hac *Mc*$_2$ | est] hac *add. Mn*$_3$ *Sh*$_1$

mente excessimus deo sive temperantes sumus vobis, caritas enim Christi compellit nos, hoc est: 'Si ea tantum agere vellemus et ea tantum contemplari quae mentis excessu intuemur, vobiscum non essemus, sed essemus in supernis tamquam contemptis vobis; et quando nos ad illa superiora et interiora infirmo passu sequeremini nisi rursus compellente nos caritate Christi – *qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens* –, ut nos consideraremus nos esse servos et non ingrati ei, a quo accepimus altiora, propter eos, qui infirmi sunt, non contemneremus inferiora et temperaremus nos eis qui non possunt nobiscum videre sublimia?' Hoc ergo ait *sive mente excessimus deo.* Ille enim videt quod videmus in mentis excessu, ille solus revelat secreta sua. Quippe ille hoc loquitur, qui se dicit abreptum esse et ablatum in tertium caelum et audisse ineffabilia verba, quae non licet homini loqui. Tantus autem fuit ille mentis excessus, ut diceret: *Sive in corpore sive extra corpus, nescio, deus scit.* Ergo si hunc excessum mentis, id est

14–16 Phil. 2,6–7 **24sq.** 2 Cor. 12,2 (*ubi Paulus non de se refert*)

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ Beda edd (lo ma mi cc) **25** scit *des. Beda*

9 excedimus *F (pc.) Vulg* 10 Christus *β* | *velimus *α Y δ Sh$_1$ Beda*; vellimus *K ε$_2$* 11 quod *Mc$_2$* | excesso *S*; extasi *δ (exc. A)* 12 essemus[1]] essem *Y* essemus[2]] essem *S Y* 13 illas superiores *Y* (et interiora *om.*) | superiora ... interiora] superioras et interioras et *K* | inferiora *Zh$_1$* | firmo *β*; infirmi *Beda* 14 rursum *ε$_ω$ Mn$_3$ ζ Sh$_1$* | caritate nos compellente *tr. δ* | nos *om. ε$_ω$ Mn$_3$ ζ Sh$_1$* cum *iter. δ (exc. A)* 15 arbitratus est rapinam *tr. ζ* | se aequalis *α (ac. F)*; se aequalem *F (pc.) β φ Sh$_1$ Vulg* | dei *Ar$_1$* | semetipsum *om. S K C (ac.)* 16 servi formam *tr. Zh$_1$* | ut *om. edd*; aut *χ C (ac.)*; et *P Beda* | nos *om. ζ* | considere-mus *Mc$_2$ γ (pc. C) β φ (exc. ζ; ac. X) Sh$_1$* 17 nos *codd Beda*; *om. Mc$_2$ edd* | in gratia dei *Zh$_1$* | ei a *om. κ (ac. Ar$_1$)* | quod *β* | *accipimus *α (ac. F) S K γ (ac. Ar$_1$) Beda* 19 nos eis] nescitis *S γ ε* (nos illis *X*) *Zh$_1$* | quia *ε (ac. X) Zh$_1$* sublimia videre *tr. Zh$_1$* 20 ait] ut (*cf. app. ad l.* 16) *add. χ C (ac.)* | excedimus *F (pc.)*; excidimus *Mn$_3$* | quod] nos *add. edd*; non *add. ζ* | in] si *S K C (ac.)* in ... excessu] qui fieri in hominem excessum concedit *Y* 21 excelsu *S* ille[1]] *ipse *α* 22 abreptum dicit *tr. ζ* | abraptum *φ (exc. ζ)* | et[1]] sive *F Sh$_1$* usque ad *Beda* 23 audivisse *edd* | tantum *F* 24 excessus mentis *tr. Zh$_1$ ζ* dicere *S K* | extra corpore *ε$_2$*

hanc ecstasim, significat titulus psalmi huius, magna profecto et alta quaedam sperare debemus dicturum eum qui condidit psalmum, id est prophetam, immo vero per prophetam spiritum sanctum.

(3.) Si vero ecstasis pavor intellegendus est, neque huic significationi verbi deerit huius psalmi contextio. Videtur enim de passione locuturus, in qua pavor est. Sed cuius pavor? utrum Christi, quia dixit: IN FINEM et intelleximus finem Christum, an forte noster pavor? Numquid enim possumus pavorem bene intellegere in Christo propinquante passione, qui propterea venerat? Cum venisset ad quod venerat, numquid pavebat moriturus? Si prorsus ita homo esset, ut non esset deus, magis gauderet resur-
cc 192 recturus quam paveret moriturus; verumtamen quia dignatus est assumere formam servi et in ea nos vestire se, qui non est dedi-
mi 231 gnatus assumere nos in se, non est dedignatus transfigurare nos in se et loqui verbis nostris, ut et nos loqueremur verbis ipsius. Haec enim mira commutatio facta est et divina sunt peracta commercia. Mutatio rerum celebrata in hoc mundo a negotiatore caelesti: Venit accipere contumelias, dare honores; venit haurire dolorem, dare salutem; venit subire mortem, donare vitam. Moriturus ergo ex eo quod nostrum habebat, non in se, sed in nobis pa-

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

26 hanc] haec ε_2 | magno quae δ (quae *del.* A) ε (magno quaedam *pc.*) profectu *S K*; quaedam $\varepsilon_2 Mn_3$ | et *om.* Mc_2 **27** quaedam *om.* $\varepsilon_2 Mn_3$ **28** vero *om.* Mc_2 **3, 1** vero *om.* ζ; haec *add.* $\kappa \varepsilon_\omega Mn_3 \zeta Sh_1 edd$ | intellegendum *F* | hic ε_2 | huius significationis verbo ζ **2** contextio $P \alpha \delta \varepsilon_2 Mn_3 Sh_1$; contextu *S K*; contextus *cett edd* **3** locuturus] esse *add.* $\kappa \delta \varepsilon_\omega$ (*exc.* Lx_2) ζ Sh_1 *edd* | pavor[2]] est *add.* ε_ω (*exc.* Lx_2) ζ *edd* **4** dixi *Y* | intellegimus χ C (*ac.*) δ *edd* | in fine Mc_2 Na_1 **5** enim *om.* ε_2 Zh_1 (*ac.*) Mn_3 | possumus] passus χ C (*ac.*) | pavorem possumus *tr.* Mn_3 Sh_1 **6** Christi C (*pc.*) ε P_8 Mn_3 ζ; possumus *add. Y* | propter eam C (*ac.*) *edd* **8** ita *om.* χ C (*ac.*) | deus non esset *tr.* $\kappa \varepsilon_\omega Mn_3 \zeta Sh_1 edd$ **10** eo ε_2 | nos *om.* κ | vestiret φ (*exc.* P_8; *ac. X*; vertere Mn_3) | se] in se Mn_3 ζ | qui *om.* Mc_2 *Y* | non *om.* γ β | non ... se *om.* P δ (*ac.* G) ζ | dedignatus] dignatus κ (*ac. S Y*) **11** non ... se *om.* Mc_2 | dignatus χ γ *N* **13** peracta sunt *tr.* ζ **15** haurire] audire Zh_1 **16** donare] *dare α γ (*pc.* C) β $\varepsilon_\omega Mn_3 \zeta Sh_1 edd$

vebat, quia et hoc dixit tristem esse animam suam usque ad mortem, et utique nos ipsi omnes cum illo ipse. Nam sine illo nos nihil; in illo autem ipse Christus et nos. Quare? quia totus Christus caput et corpus. Caput ille salvator corporis, qui iam ascendit in caelum; corpus autem ecclesia, quae laborat in terra. Hoc autem ma 147
corpus nisi conexione caritatis adhaereret capiti suo, ut unus fieret ex capite et corpore, non de caelo quendam persecutorem corripiens diceret: *Saule, Saule, quid me persequeris*? Quando eum iam in caelo sedentem nullus homo tangebat, quomodo eum Saulus in terra saeviens adversus Christianos aliquo modo iniuria percellebat? Non ait: 'Quid sanctos meos, quid servos meos', sed: *Quid me persequeris*, hoc est quid membra mea? Caput pro membris clamabat et membra in se caput transfigurabat. Vocem namque pedis suscipit lingua, quando forte in turba contritus pes dolet et clamat lingua: 'Calcas me'. Non enim ait: 'Calcas pedem meum', se dixit calcari, quam nemo tetigit; sed pes qui calcatus est, a lingua non separatus est. Ergo etiam sic non incongrue intellegitur ecstasis pavor. Quid enim dicam, fratres? Si nullus omnino pavor esset passuris, diceretur ipsi Petro quod audivimus na-

---

3, 18sq. *cf.* Matth. 26,38 **20–22** *cf.* Eph. 5,23 **25** Act. 9,4

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

---

19 ipsi] ipse *S* | ipse *α S K C (ac.) ε$_2$ (ac.); om. cett edd* | nam *om. Mn$_3$* | illo[2]] ipso *δ (exc. A)* **21** qui] quia *χ γ ε (ac. X) Zh$_1$ ζ* **22** ecclesiae *α* | in terra *om. α* **23** conexio *Zh$_1$* | adhaereat *δ*; adhaerere *Mc$_2$* **24** ex] et *χ C* **26** sedentem in caelo *tr. κ ε ζ* | quando *ζ* | eum *tr. post* modo *ζ*; cum *K* | Paulus *P α (ac. F)* **27** in terra *tr. post* Christianos *ζ* | aliquo modo] aliquando *K* iniuriam *α* **28** praecellebat *δ ε*; persequebatur *ζ* | quid[1]] persequeris *add. Mc$_2$* | meos[2] *om. K Y ε$_ω$ Mn$_3$ ζ* **29** quid[1] *om. χ C (ac.)* | persequeris] per meos requiris *K Y (ac.)* | est] ergo *add. ε$_2$ Mn$_3$ Sh$_1$* | quid[2] *om. Zh$_1$* | mea] et *add. γ (pc. C) β φ Sh$_1$* | membra *ε$_2$* **30** clamat *F (ac.) Na$_1$* | voce *Mc$_2$ Na$_1$* **31** suscepit *α (ac. F) Zh$_1$* | in turba] itur *χ P$_8$*; igitur *γ (exp. Ar$_1$) β ε (del. X) Zh$_1$ ζ*; et *add. Y P$_8$* **32** et *P α χ γ δ ε$_2$*; ex *Mn$_3$ Sh$_1$*; *om. cett edd* **33** se] sed *S K δ ζ*; sed se *F Y γ β Zh$_1$ Sh$_1$ edd* | quem *χ γ ε (ac. X) Zh$_1$* **34** est separatus *tr. ζ* | sic *om. Mc$_2$* **35** ecstasi *S K C (ac.)*; hoc *praem. ε$_2$*; hic *praem. Mn$_3$* | dicat *α (ac. F)* **36** esset] est et *Zh$_1$* | passuri *F Na$_1$ ε$_2$*, non *add. Y δ (exc. A; pc. G) X (sl.) P$_8$ Mn$_3$ Sh$_1$* | ipsi *om. β*; ipse *S K C (ac.) X (ac.)*

tali apostolorum die, quando ei dominus praedixit futuram passionem suam: *Cum esses iunior, cingebas te et ibas quo volebas; cum autem senior factus fueris, alter te cinget et feret quo tu non vis; hoc autem* inquit *dixit significans qua morte morereturi?* Ergo si Petrus apostolus, tanta perfectio, quo nollet iit volens (nolens mortuus est, sed volens coronatus est), quid mirum si est aliquis pavor in passione etiam iustorum, etiam sanctorum? Pavor est ex humana infirmitate, spes ex divina promissione. Quod paves tuum est, quod speras donum dei est in te. Et melius in pavore tuo agnoscis te, ut in liberatione tua glorifices qui fecit te. Paveat humana infirmitas: non in eo pavore deficit divina misericordia. Denique pavens iste inde coepit: IN TE, DOMINE, SPERAVI, NON CONFUNDAR IN AETERNUM. Videtis quia et pavet et sperat; videtis quia pavor iste non est sine spe. Etiamsi est aliqua in humano corde conturbatio, non recedit divina consolatio.

cc 193 ps. 30,2

(4.) Loquitur hic ergo Christus in prophetia; audeo dicere: Christus loquitur. Dicturus est quaedam in hoc psalmo, quae

mi 232 quasi Christo videantur non posse congruere, illi excellentiae capitis nostri maximeque illi verbo quod in principio erat deus

38–40 Ioh. 21,18

P α (Γ Mc Na) κ (χ (S K Y) γ (C Ar) β (R Ro$_{II}$ Γ)) φ (δ (A G) ε$_2$ (ε$_3$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh edd (lo ma mi cc) 4, 2 dicturus *inc. Beda* (Fransen 334) 4 nostri *des. Beda*

37 die] dei Mc_2 Na_1 | ei dominus *om.* ε_1 | deus F_5 ε (*pc.* N) | suam passionem *tr. c edd* 38 iuvenior ε_3 N | ambulabas ζ *Vulg* | quo] ubi *P I Vulg*; tu *add.* ζ 39 senueris Mc_2 *Vulg* | aliter *F* | feret *P α δ* ε_2 Mn_3 Sh_1; ducet *cett Vulg edd* 40 inquit *om. P*; *tr. post* dixit ε_1 ε Mn_1 41 perfectio tanta *tr. Zh*$_1$; tantae perfectionis Mn_1 Sh; tanta perfectione *δ edd* | qui *Y Mn*$_1$ (*vl.*) | iit *P β δ* (*exc.* G) ε (hiit); et Ar_1 (*pc.*) Mn_1 ζ (ductus est *praem.*); ut Ar_1 (*ac.*) *cett edd* | volens *om. δ* (*exc.* G; *pc.* A) ε Mn_1 ζ 44 tuum] totum S (*ac.*) K; tutum C (*ac.*) 45 in^2 *om.* Mn_3 | agnosces *P*; agnoscitur *K*; cognoscis Mn_3 Sh_1 46 glorificet *δ* (*ac.* G); glorificeris Mc_1; cum *add.* Y C | qui *tr. post* ζ 47 in *om.* Mc_1 | defecit *P K* ε 49 videtis^1 ... sperat *om.* Y | et^1 *om.* Ar_1 (*ac.*) ε_1 (*ac.*) ζ | pavit S C (*ac.*) 4, 1 ergo hic *tr. ad* Mn Sh; hic ζ | propheta *P* κ ε Mn_1 ζ *edd* 2 psalmo hoc *tr. Ar*$_1$ 3 quas in Christo *Beda* | Christo *tr. post* videantur *δ* (*exc.* G); domino Mn_3 Sh_1 | congruere non posse *tr. Mc* 4 quod] est *add.* Zh_1 | erat] et *add.* χ C (*ac.*)

apud deum, nec ei formae servi fortasse videbuntur quaedam hic verba congruere, quam formam suscepit ex virgine; et tamen Christus loquitur, quia in membris Christi Christus. Et ut noveritis, quia unus dicitur Christus caput et corpus suum, ipse dicit cum de coniugio loqueretur: *Erunt duo in carne una; igitur iam non duo, sed una caro*. Sed forte hoc dicat de quocumque coniugio? Audi apostolum Paulum: *Et erunt* inquit *duo in carne una; sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia*. Fit ergo tamquam ex duabus una quaedam persona, ex capite et corpore, ex sponso et sponsa. Nam unitatem personae huius miram et excellentem commendat etiam Isaias propheta; nam loquens etiam in eo Christus in prophetia ait: *Sicut sponso alligavit mihi mitram et sicut sponsam ornavit me ornamento*. Se dixit sponsum, se sponsam; quare se sponsum, se sponsam, nisi quia erunt duo in carne una? Si duo in carne una, cur non duo in voce una? Loquatur ergo Christus, quia in Christo loquitur ecclesia et in ecclesia loquitur Christus, et corpus in capite et caput in corpore. Audi apostolum hoc ipsum evidentius exprimentem: *Sicut enim corpus unum est et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum est corpus, sic et Christus*. Loquens de membris Christi, hoc est de fidelibus, non ait: 'Sic et ma 148

4, 9sq. Matth. 19,5–6 **11–13** Eph. 5,31*sq.* **16sq.** Is. 61,10 **19** *cf.* Gen. 2,24 **22–24** 1 Cor. 12,12

P α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε₂ (Lx₂) ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₈)) Mn₃ ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc) **6** tamen *inc. Beda* **21** corpore *des. Beda* **24** loquens *inc. Beda* (Fransen 194)

5 in forma *edd* | videbantur *S K C (ac.)* **6** verba *om. Mc₂*; verbo ε_2 formam] servi *add.* $\gamma\,\beta\,\delta\,\varepsilon_\omega$ *(exc. Lx₂)* ζ *edd* | et *om. P δ (ac. G)* **8** dicitur *om. Beda* **9** igitur] itaque *Vulg Beda* | non duo iam *tr.* β **10** non] sunt *add. Vulg Beda* **11** duo inquit *tr.* $\varepsilon_\omega\,Mn_3\,\zeta\,Sh_1\,edd$ **12** sacramentum ... est *om. Mc₂* **13** tamquam *om.* $\varepsilon_2\,Mn_3$ | duabus (*Beda*)] duobus $\varepsilon_\omega\,Mn_3\,\zeta\,Sh_1\,edd$ corpore et capite *tr. P* **14** unitate ε_2 | eius *Beda* **16** sponsa ε_2 **17** indumento β **18** quare] dixit *add.* ζ | se² ... sponsam *om. Beda* **19** duo erunt *tr.* δ *(exc. A) Mn₃ Sh₁*; erant duo β | quare κ | in³ ... Christus] loquantur in uno *Beda* **20** et in ecclesia *om.* ε_2 **22** in ipsud ε *(ac. X)* **23** unum corpus *tr.* $\varepsilon_\omega\,Mn_3\,Sh_1$ **25** Christi] suis *F* | de² *om.* ε_ω *(exc. P₈) Mn₃ ζ*

membra Christi', sed totum hoc quod dixit Christum appellavit. *Sicut enim corpus unum et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum est corpus, sic et Christus.* Membra multa, unum corpus: Christus. Ergo simul omnes nos cum capite nostro Christus, sine capite nostro nihil valentes. Quare? quia nos cum capite nostro vitis, sine capite nostro, quod absit, sarmenta praecisa non alicui operi agricolarum, sed igni cc 194 tantummodo destinata. Ideo et ipse in evangelio: *Ego sum vitis, vos estis palmites, pater meus agricola est; sine me* inquit *nihil potestis facere.* Domine, si sine te nihil, totum in te. Etenim quidquid ille operatur per nos, nos videmur operari. Potest ille multum et totum sine nobis, nos nihil sine ipso.

(5.) Ergo in quacumque ecstasi loquatur, sive pavoris sive excessus mentis, congruunt quae dicuntur. Dicamus in Christi corpore, dicamus omnes quasi unus, quia omnes unitas, dicamus: IN TE, DOMINE, SPERAVI, NON CONFUNDAR IN AETERNUM. 'Illam' inquit 'confusionem perhorresco, quae est in aeternum.' Nam est quaedam confusio temporalis utilis, perturbatio animi respicientis peccata sua, respectione horrentis, horrore erubescen-

27sq. 1 Cor. 12,12 33–35 Ioh. 15,5.1.5

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_4$ (Zh$_1$ P)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ Beda add (lo ma mi cc) 35 facere *des. Beda* 5, 6 nam *mc.* e$_4$ | est *inc. Flor* (27v)

26 dixit *om.* α 27 multa habet *tr.* Zh$_1$ | habet ... membra *om.* Mc$_2$ 28 sic et Christus *om.* α 29 Christus *om.* γ (*pc.* C) δ ε$_ω$ (*exc.* Lx$_2$) ζ | nos *om.* α 30 nostro[1] *om. Beda* | Christo κ φ (*exc.* P$_8$; *pc.* Lx$_2$) 31 vite palmites X quod absit *om. Beda* 32 sermenta Y (*ac.*) γ | opera α (*ac.* F); per *Beda* 33 tantummodum S K 34 palpites F | est] et κ δ ε$_ω$ (*exc.* Lx$_2$) ζ Sh$_1$; et *add. edd* | inquit *om.* Zh$_1$ 36 videmus Zh$_1$ 5, 1 pavoris ... excessus P α δ ε$_2$ P$_8$ Mn$_3$ Sh$_1$; pavores ... excessu (excessus Zh$_1$) N Zh$_1$; pavore ... excessu *cett. edd* 3 quia si unus K; quia sumus α (*ac.* F) | quia *om.* Mc$_2$ | omnis ε$_2$ | vanitas N 4 speravi domine *tr.* δ (*exc.* G) | confundebar Zh$_1$ 6 confusio] quae est *add.* Mn$_3$ Sh$_1$ | ut illis K 7 respicientes S K ε$_2$ | respectionem Zh$_1$; a respectione α | perhorrentis ζ | erubescentes S K

tis, erubescendo corrigentis. Unde dicit et apostolus: *Quam enim gloriam habuistis in his, in quibus nunc erubescitis?* Ergo erubescere illos dicit iam fideles non de praesentibus donis, sed de praeteritis peccatis. Hanc confusionem non formidet Christianus; immo si hanc non habuerit, aeternam habebit. Quae est aeterna confusio? quando fiet illud quod dictum est: *Et traducent eos ex adverso iniquitates eorum*. Et fit traducentibus ex adverso iniquitatibus omnis grex malus ad sinistram tamquam haedis ab ovibus separatis et audient: *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius*. Quaerunt quare. *Esurivi, et non dedistis mihi manducare.* Contemnebant tunc quando esurienti Christo non dabant cibum, quando sitienti non dabant potum, quando nudum non vestiebant, peregrinum non suscipiebant, aegrotantem non visitabant, tunc contemnebant; cum coeperint illis ista enumerari, confundentur, et haec confusio in aeternum erit. mi 233

Hanc timens iste qui pavet vel cuius ad deum est mentis excessus hoc rogat: IN TE, DOMINE, SPERAVI, NON CONFUNDAR IN AETERNUM. (6.) ET IN TUA IUSTITIA ERUE ME ET EXIME ME. Nam si attendas ad iustitiam meam, damnas me; tua iustitia me

---

5, 8sq. Rom. 6,21 **13sq.** Sap. 4,20 **15** *cf.* Matth. 25,33 **16sq.** Matth. 25,41*sq.* **18–20** *cf.* Matth. 25,41

P α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε₂ (Lx₂) ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₈)) Mn₃ ζ) e₄ (P₁₈ P₂₇) Sh₁ Flor edd (lo ma mi cc) **9** erubescitis *des. e₄* **12** habebit *des. Flor*

---

8 erubescendo (*Flor*)] erubescentis *χ* (erubescentes *K*); erubescentia *γ* (erubescenti *ac. C*) *β ε_ω* (*exc. Lx₂*) *Mn₃ ζ edd* | corrigentes *K*; congruentis *S C*; congruenti *Ar₁* (*ac.*) *β ε_ω* (*exc. Lx₂*) *e₄* | et *om. F* (*ac.*) *Na₁ ε_ω e₄ Mn₃ ζ* **9** habuisti *F* (*pc.*) *β*; tunc *praem. ζ*; tunc *add. Vulg edd* | is *F*; illis *ζ* | in² *om. Y* | nunc *om. Mc₂* **10** illis *ε₂* | iam] tamen *Flor* | bonis *ζ* **12** non hanc *tr. Mc₂* **14** ipsorum *P Vulg* | fiet *β X* (*pc.*) *Zh₁ edd*; sit *Mc₂* | traducentis *Mc₂* | omnes *S* **17** *quaerant *α* | esurivi] enim *add. γ* (*pc. C*) *β φ* (*exc. G*) *Vulg edd* | dedisti *ε₂* **19** vestiebunt *S* **21** coeperit *S K C* (*ac.*) *X* (*ac.*) *ζ* | ista illis *tr. ε_ω Mn₃ Sh₁* | numerari *χ ε₂ Mn₃*; enumerare *ζ*; numerare *C* (*ac.*) | confunduntur *S C* (*ac.*) **23** timet *Mc₂* | mentis] timentis *α* **6, 1** *et¹ *om. α β δ Sh₁ LXX Vulg Ψ_αβκ*; καί *LXX* (S+) | erue] libera *χ γ ε_ω* (*exc. Lx₂*) *ζ Vulg Ψ_αβκ* **2** in tua *κ φ* (*exc. Lx₂*) *Sh₁ edd* | erue me *κ δ Mn₃ ζ Sh₁ edd*

eruet. Est enim iustitia dei, quae et nostra fit, cum donatur nobis. Ideo autem dei iustitia dicitur, ne homo se putet a seipso habere iustitiam. Sic enim dicit apostolus Paulus: *Credenti in eum qui iustificat impium* – quis est *qui iustificat impium?* qui ex impio facit iustum – *deputatur fides eius ad iustitiam.* Iudaei vero quia suis viribus se putabant implere posse iustitiam, offenderunt in lapidem offensionis et petram scandali et gratiam Christi non agnocc 195 verunt. Acceperunt enim legem qua fierent rei, non qua liberarentur a reatu. Denique quid de illis apostolus dicit? *Testimonium illis perhibeo quia zelum dei habent, sed non secundum scientiam.* ma 149 Quid est quod dixit: *Zelum dei habent* Iudaei, *sed non secundum scientiam?* Audi quid sit *non secundum scientiam*: *Ignorantes enim dei iustitiam et suam volentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti.* Si ergo ideo non secundum scientiam zelum dei habent, quia ignorant dei iustitiam et volunt suam constituere, qua se ex seipsis iustificant, ideo gratiam non cognoverunt, quia gratis salvari noluerunt. Quis est qui salvatur gratis? in quo non invenit salvator quid coronet, sed quid damnet: non invenit merita hono-

---

6,5–7 Rom. 4,5 **8sq.** *cf.* Rom. 9,32 **11–16** Rom. 10,2*sq.*

P α (F Mc₁ Na) κ (χ (S K Y) γ (C Ar) β (R Ro₁ F)) φ (δ (A G) ε₁ (ε₂ (Lx) ε (N X) ε₃ (Zh P)) Mn ζ) Sh edd (lo ma mi cc) **6,3** est *inc. Flor* (68r) **10** qua¹ *des. P*

3 eruere ε_2 ε (*ac. X*); eruet α | cum donatur] condonatus *S* **4** ne homo] nemo *Flor* **5** sicut Mn_3 | dixit β **6** quis] quid C (*pc.*) β δ (*exc. G*) ε_2 ε Mn_3 *edd* | quis ... impium *om. P* χ γ (*ac. C*) | impio] pio *F* **7** ei Mn_1 *Sh*$_1$ | vero *om.* Mc_2 | qui Mc_2; quasi *F* (*vl.*) **8** virtutibus ε_2 Mn_3 (*ac.*) Sh_1 | putant Zh_1 impleri χ C (*ac.*) | posse *om. P* | in *om. S* **9** et¹ ... scandali *om. Flor* cognoverunt Zh_1 **10** qua²] quo δ | liberentur χ N (*ac.*) **11** testimonium] enim *add.* α Sh_1 *Vulg edd* **12** eis perhibeo φ Sh_1; perhibeo illis *tr.* α *Vulg* quia (*Flor*)] quod N (*ac.*) *Sh*$_2$ *Vulg edd* **13** quid ... scientiam *om.* α C (*ac.*) Mn_1 quod] quodquod S; quotquot *K* | sed non *om.* ε (*ac. X*); et non ζ **14** sit *om.* Mc_2 **15** statuere Zh_1 *Vulg* **16** ergo] et Zh_1 | zelum] verbum *Y* **17** suam volum *tr. Zh* | statuere α *Vulg* | qua se *Y*; quia se *Ar* φ (*tr. G*) *Sh*$_2$ *Flor*; quasi *cett edd* **18** iustificantur Mc_2; iusti fiant C *edd* | gratiam] dei *add.* φ Sh_2 *edd* salvare ε_1 N (*ac.*) Zh_1 (*ac.*) **19** noluerunt] quid est quia gratis salvari noluerunt *add.* Sh_1 | qui] non *add.* δ ε_1 (*exc. Lx*) **20** quid¹] quod *Y* ζ *edd* | quid²] quod ζ *edd* | honorum (*Flor*)]; horum Mc_2; bonorum Na_1 *Y* (*pc.*) *Ar* β N ε ζ Sh_1 *edd*

rum, sed invenit merita suppliciorum. Si agat tamquam veraciter ex regula legis proposita, damnandus est peccator. Hac regula si ageret, quem liberaret? Omnes peccatores invenit; solus sine peccato venit qui nos peccatores invenit. Hoc ait apostolus: *Omnes enim peccaverunt et egent gloria dei.* Quid est: *Egent gloria dei?* ut ipse liberet, non tu. Quia tu te liberare non potes, indiges liberatore. Quid est quod te iactas? quid est quod de lege et de iustitia praesumis? Non vides quid intus confligat in te de te adversus te? non audis pugnantem et confitentem et adiutorium in pugna desiderantem? non audis athletam domini ab agonitheta petentem adiutorium pugnae suae? Non enim sic te exspectat deus certantem, quomodo te exspectat editor, si forte pugnes in amphitheatro. Ille tibi praemium dare potest si viceris, adiuvare te periclitantem non potest. Non sic exspectat deus. Vide ergo, attende mi 234 eum qui dicit: *Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.* Quare

---

24sq. Rom. 3,23 **35–39** Rom. 7,22–25

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε_2 (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *Flor edd* (*lo ma mi cc*) **21** suppliciorum *des. Flor* **23** omnes *inc. Beda* (Fransen 18) **24** hoc *inc. Flor* **26** liberatore *des. Flor* **27** quid[1] *inc. Flor* (40v) **28** praesumis *des. Beda* **34** vide *inc. Beda* **36** aliam *inc. P*

---

22 hac regula *om.* ε_2; *tr. post* si *Mn*$_3$ *Sh*$_1$; hanc regulam δ (haec regula *ac. A*) **23** omnes] *enim *add.* α *Sh*$_1$ **24** ait **om.* α ε_2 *Beda* **25** gloriam (*bis*) *S K C* (*ac.*) δ (*exc. G*; *ac. A*) ε_2 *Vulg*; gloriae (*bis*) δ (*exc. A*) **26** liberaret δ | te *om.* χ *C* (*ac.*) | indigis *S K* | liberatorem χ (*ac. S Y*) γ (*ac.*) *Ro*$_{11}$ δ (*ac. A*) ε_2 (*ac.*); liberatione ζ **27** est[1] *om. Beda* | iactes *Zh*$_1$ | de[2] *om.* ε_2 *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ *edd* **28** quod χ γ | confliget *Mc*$_2$ | adversum ε_ω *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ **29** pugnam ε_2 **30** agonotheta *S K C* (*ac.*) ε_2 (*ac.*) *edd*; agonetheta *F N* (*ac.*) **31** auxilium *Flor* *spectat (*bis*) *C* (*pc.*) *Flor*; *cf. in ps. XXXII/2,1,4, 20* **32** te *om.* δ | editorum *K* | pugnis *S*; pugnas *Zh*$_1$ (*ac.*) *Flor* **33** vinceris δ (*ac.*) *N* (*ac.*) **34** non[2]] enim *add. Sh*$_1$ | *spectat *C* (*pc.*) *Flor* | deus *om. C* **36** video ... 38 homo] et cetera usque dum ait *Beda* | aliam *om.* α (*ac. F*) **37** lege] legem *Ar*$_1$ (*pc.*) β *Flor* **38** ergo *C* (*ac.*) β | liberavit *F* (*ac.*) χ δ (*exc. A*) ε (*ac. X*) **39** nostrum] Christum *Zh*$_1$

gratia? quia gratis datur. Quare gratis datur? quia merita tua non praecesserunt, sed beneficia dei te praevenerunt. Illi ergo gloria qui nos liberat. *Omnes enim peccaverunt et egent gloria dei*. IN TE ergo, DOMINE, SPERAVI, non in me; NON CONFUNDAR IN AETERNUM, quia in eo spero qui non confundit. IN TUA IUSTITIA ERUE ME ET EXIME ME. Quia non invenisti in me iustitiam meam, erue me in tua, hoc est illud me eruat quod me iustificat, quod ex impio pium facit, quod ex iniquo iustum, quod ex caeco videntem, quod ex cadente surgentem, quod ex flente gaudentem: Hoc cc 196 me liberat, non ego. IN TUA IUSTITIA ERUE ME ET EXIME ME.

(7.) INCLINA AD ME AUREM TUAM. Fecit hoc deus, quando ps. 30,3 ipsum Christum ad nos misit. Illum ad nos misit qui inclinato capite digito scribebat in terra, quando ei adultera mulier offerebatur punienda. Ille autem inclinaverat se ad terram, id est deus ad hominem, cui dictum est: *Terra es et in terram ibis*. Non enim quasi corporalibus locis deus ad nos inclinat aurem suam aut membris istis corporeis determinatis finitus est: Omnino nihil horum cogitent humana phantasmata. Veritas est deus. Veritas nec quadra est nec rotunda nec longa. Ubique praesens est, si cordis oculus ad eam pateat. Inclinat tamen aurem suam ad nos deus

42 Rom. 3,23 7,2–4 *cf.* Ioh. 8,6 5 Gen 3,19

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_ω$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_1$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *Beda Flor* add (*lo mundi* cc) 42 dei *des. Beda Flor* 7,1 fecit *des. Ar*$_1$

40 quare gratis datur *om. Mn*$_3$ 41 beneficia] bono ζ | te *om. Y* 42 liberet ε$_1$ | gloriam *F* (*ac.*) *S K C* (*ac.*) δ (gloriae *G*) ε$_2$ ε (*ac.*) *Vulg Beda* 43 ego *Mc*$_2$ non in me *tr. post* aeternum *P* 44 qui in eo sperat γ β δ ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) ζ | qui *om. S K* | confunditur *C* (*pc.*) β φ (*exc. Lx*$_2$) 45 erue] libere δ (*exc. A*) | me^2 *om. P* (*ac.*) *Mc*$_2$ 46 iustificet ε$_2$ 47 ex^1 *om.* δ (*exc. A*) 49 liberet β iustitia] misericordia *X* | erue] libera *P* 7,2 ipsum] ipse *Zh*$_1$ | illum ... misit *om. P* δ | ad nos^2] *huc α (hoc *ac. F*) 3 terram δ ε$_2$ 4 se *om. Mc*$_2$ deus *om. Y Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | ab homine *Zh*$_1$ 6 declinat *Mn*$_3$ 7 corporis ζ 8 cogitet χ γ (*ac.*); cogitant δ (*exc. A*) | phantasmata] mens *Y* | deus est *tr. Y* 9 nec^1] ne *Y* | quadrata ε$_2$ *Mn*$_3$ | est^1 *om. Mn*$_3$ | rotunda] est *add.* ε$_1$

misericordiam deponens supra nos. Quae maior misericordia quam ut unicum suum daret nobis, non vivere nobiscum, sed mori pro nobis? INCLINA AD ME AUREM TUAM. (8.) ACCELERA UT EXIMAS ME. Exauditur enim in hoc quod dicit: ACCELERA. Ad hoc enim positum est verbum, ut hoc totum quod nobis diu videtur quamdiu volvitur et evolvitur saeculum, intellegas punctum esse. Non est diu quod habet extremum. Ab Adam usque ad hodiernum diem: peractum est et multo utique plus peractum est quam restat peragendum. Si adhuc viveret Adam et hodie moreretur, quid ei prodesset tamdiu vixisse? Ergo celeritas haec quare? quia transvolant tempora et quod tibi tardum est in oculis dei breve est. Iam hanc celeritatem iste intellexerat in ecstasi: ACCELERA UT EXIMAS ME. ESTO MIHI IN DEUM PROTECTOREM ET IN DOMUM REFUGII, UT SALVUM ME FACIAS. Domus refugii, tu mihi esto deus protector, domus refugii. Aliquando enim periclitor et volo fugere: quo fugio? ad quem locum fugio? ad quem montem? ad quam speluncam? ad quae tecta munita? quam arcem teneam? quibus muris ambiar? Quocumque iero, sequor me. Quidquid enim vis potest fugere homo praeter conscientiam suam. Intra in domum tuam, requiesce in lecto tuo, intra in interiora; in-

ma 150

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

11 misericordi *S* (*lac. 2 litt.*); misericordis cum *K*; misericors eum *Y* | deponet *Y* | supra *P α κ δ*; super *cett edd* **12** ut *om. α* (*ac. F*) ε$_2$ (*ac.*) | pro nobis *α* (*pc. F*) *Zh*$_1$ (*ac.*) *Sh*$_1$ **13** pro nobis mori *tr. P* **8, 2** eruas *γ Vulg* | quod *P α δ ε*$_2$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$; cum *cett edd* **3** est] hoc *add. β* | quod totum *tr.* ε$_2$ | a nobis *ζ* dividetur *χ* (*ac. S*; dividitur *Y*); (diu *om.*) videtur *γ β δ* ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) *ζ* **4** et evolvitur *P α δ* ε$_2$ *Sh*$_1$; *om. cett edd* | *intellegamus *α Sh*$_1$ **5** in *δ* ε$_2$ (*sl.*) **6** hodiernam *edd* | multumque *P* | plus *om.* ε$_2$ **7** peragendum] est *add. S K γ* (*ac.*) | et *om. P* **8** prodest *χ γ* (*ac.*) *Zh*$_1$ (*ac.*); tamdiu esse (prodesse *χ*) *add. κ δ* ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) *ζ Sh*$_1$ (et *add.*) *edd* | haec] est *β* **9** est *om. Mc*$_2$ **10** hunc *S* | iste *om. ζ*; istam *ε* (*ac. X*) **11** eruas *Sh*$_1$ | me *om. α* **12** domus refugii *om. β*; ut salvam me facias *add. Sh*$_1$ | tu *om. ζ* **13** periclito *Mn*$_3$ **14** locum] tutus *add. γ β δ ε P*$_5$ *ζ Sh*$_1$ *edd* | fugio^2 *om. Zh*$_1$ **15** quae *om. χ* **16** ambior *α* quaecum deero *S* (*ac.*); quaecum ero *K*; quaecum desero *Y* **17** potes ... tuam *ε* (*pc. N*) *Mn*$_3$ *ζ Sh*$_1$ *edd* **18** in^1 *om. α* (*ac. F*) *Sh*$_1$ | in^3 *om.* ε$_ω$ (*exc. X*; *ac. N P*$_8$) *Mn*$_3$ | interiora] tua *add. Mc*$_2$

mi 235 terius habere nihil potes, quo fugias a conscientia tua. si rodunt te
20 peccata tua. Quia vero dixit: ACCELERA UT EXIMAS ME et IN TUA IUSTITIA ERUE ME, ut dimittas peccata mea et aedifices in me iustitiam tuam, tu mihi eris domus refugii. Ad te confugio: nam a
cc 197 te quo fugio? Irascitur tibi deus: quo fugis? Audi quid dicat in alio psalmo timens iram dei: *Quo ibo a spiritu tuo et quo a facie*
25 *tua fugiam? Si ascendero in caelum, tu ibi es; si descendero in infernum, ades.* Quocumque iero, ibi te invenio; et si irasceris, ultorem te invenio; si placatus es, adiutorem. Nihil mihi ergo restat nisi ad te fugere, non a te. Ut evadas hominem dominum quicumque servus es, fugis in ea loca ubi non est dominus tuus; ut
30 evadas deum, fuge ad deum. Nam non est quo fugias deum. Praesto sunt omnia et nuda oculis omnipotentis. 'Tu ergo' inquit 'mihi esto domus refugii. Nam si salvus non fuero, quomodo fugio? Sana me, et fugio ad te. Nam si me non sanas, ambulare non possum: fugere quomodo potero?' Quo iret, quo fugeret, si ambu-
35 lare non posset, semivivus in via, sauciatus vulneribus latronum, quem transiens sacerdos praeteriit, transiens Levita praeteriit, transiens Samaritanus miseratus est? Et est ipse dominus, qui mi-

8, 24–26 Ps. 138,7*sq.* **30sq.** *cf.* Hebr. 4,13 **36sq.** *cf.* Luc. 10,30–33

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

19 nihil habere *tr.* α | rodent *P* **21** demittas *S K* γ (*ac.*) **22** meam δ (*exc. A*) eris] inquit *add.* β | fugio χ ε$_2$ *Mn*$_3$ | nam ... fugio *om. Mc*$_2$ | a] ad χ (*ac. S*) γ (*ac.*) **23** quo[1] *om. F* | fugiam κ ε$_ω$ *Mn*$_3$ ζ *edd* | irascetur κ (*ac. Y* C) | fuges *S K*; fugies *Y edd*; fugias *Zh*$_1$ | quod α | dicam *Mn*$_3$ **24** abibo ε$_ω$ *Mn*$_3$ | a facie tua quo *tr. P* **25** illic *Zh*$_1$ *Vulg* | in[2]] ad κ δ ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) ζ *Vulg* **26** inveniam ε$_ω$ *Mn*$_3$ ζ | te ultorem *tr. Zh*$_1$ **27** ergo mihi *tr.* δ (*exc. G*); enim mihi δ (*exc. A*) **28** ad] a ε (*ac. X*) | a] ad *Zh*$_1$ | ut] non *add.* ζ **29** es fugis] effugis α **30** deum[1]] dominum δ (*exc. A*) *Zh*$_1$ | deum[2]] dominum δ (*exc. G*) ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) ζ *edd* qui ε$_2$ *N* (*ac.*) | dominum ζ **31** sum ε$_2$ | omnipotentis oculis *tr.* κ *X* ζ *edd* mihi esto inquit *tr.* ζ; mihi inquit esto *tr. edd* | mihi *tr. ante* ergo κ **32** fugio] fugiam *Mc*$_2$ **33** fugio] confugio *Sh*$_1$ | *non me *tr. P F Na*$_1$ | non possum ambulare *tr. Mn*$_3$ *Sh*$_1$ **34** et quo iret *K*; et *Y* **35** possit δ **36** transiens[2]] transiliens *F* (*ac.*) *Na*$_1$ **37** misertus *Mc*$_2$ δ *X* (*ac.*) *Sh*$_1$ | et] id γ (*pc.* C) β φ *Sh*$_1$ *edd*

seratus est genus humanum. Samarites enim custos interpretatur. Et quis nos custodit, si ille deserit? Merito cum Iudaei convicientes dicerent: *Nonne verum dicimus, quia Samaritanus es et daemonium habes?*, unum respuit, alterum amplexus est: *Ego* inquit *daemonium non habeo*, non dixit: 'Non sum Samaritanus' sic intellegi volens nostrum se esse custodem. Miseratus ergo accessit, curavit, ad stabulum perduxit, implevit circa eum misericordiam; ille iam potest ambulare, potest et fugere. Quo fugeret nisi ad deum, ubi fecerat sibi domum refugii?

ps. 30,4 (9.) QUIA FORTITUDO ET REFUGIUM MEUM ES TU ET PROPTER NOMEN TUUM DUX MIHI ERIS ET ENUTRIES ME, non propter meritum meum, sed PROPTER NOMEN TUUM, ut tu glorificeris, non quia ego dignus sum, DUX MIHI ERIS, ne aberrem a te, ET ENUTRIES ME, ut validus sim ad manducandam escam, qua pascis angelos. Hic enim nos lacte nutrivit qui nobis caelestem cibum promisit, et usus est materna misericordia; sicut enim mater lactans eandem escam, cui sumendae idoneus infans non est, per carnem traicit et lac infundit (hoc accipit parvulus quod acceptu- ma 151
rus erat ad mensam, sed quod per carnem traicitur congruit par- 10
vulo), sic dominus, sapientiam suam ut lac nobis faceret, carne in-

---

38 *cf.* Hier. nom. Hebr. p. 66,3 **40–42** Ioh. 8,48*sq.* **44** *cf.* Luc. 10,34

P α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε₂ (Lx₂) ε (N X) ε₁ (Zh₁ P₈)) Mn₃ ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc)

---

38 Samaritanus *Zh₁ Sh₁* **39** quis] est qui *add. ε_ω (exc. Lx₂) Mn₃ ζ Sh₁* | cum] quem *α* | convivantes *χ*; conculcantes *δ* **41** complexus *δ* **42** non sum Samaritanus non dixit *tr. δ (exc. A)* | Samaritanus non sum *tr. Zh₁* **43** esse] verita *add. δ (exc. G)* | costodiri *K* **45** ambulare potest *tr. Mc₂* | et fugere] effugere *α δ* | quo fugeret *om. α* | fugere *δ*; fugiet *β ζ* **46** ibi *β* | fecerat *κ ε_ω Mn₃ ζ Sh₁ edd* | sibi *om. Zh₁* **9,1** fortitudo (*LXX* (S))] mea *add. P β ζ Sh₁ LXX Vulg edd* | es tu] esto *K* **2** nutries *Mc₂* **3** glorieris *ε₂* **4** sum dignus *tr. α* abirem *Mc₂* | a *om. ε₂ ε* **5** et *om. P* | enutriens *δ (exc. A)*; nutriens *δ (exc. G)* manducandum *α β δ ε Mn₃ ζ Sh₁ edd* | qui *Zh₁*; quam *α* | pacis *Y P₈* **6** angelos *om. P* | nos *om. χ γ (ac.)* | lacte nos *tr. edd* | panem *Mn₃* **7** maternam misericordiam *χ (ac. S Y) γ (ac.)* **8** sumendae] emandendae *Y* **9** hoc] enim *add. edd* | qui *Mc₂ Na₁* **10** *convenit *P δ* **11** carnem *α (ac. F)*

dutus venit ad nos. Ergo corpus Christi loquitur: ENUTRIES ME. ps. 30,5
(10.) EDUCES ME DE MUSCIPULA ISTA, QUAM OCCULTAVERUNT MIHI. Iam passio significatur: EDUCES ME DE MUSCIPULA ISTA,
cc 198 QUAM OCCULTAVERUNT MIHI. Nec sola illa passio est, qua passus est dominus noster Iesus Christus: muscipulam suam diabolus
5 tetendit usque in finem. Et vae illi, qui in illam muscipulam cadit; cadit autem omnis qui non sperat in deum, qui non dicit: IN TE, DOMINE, SPERAVI, NON CONFUNDAR IN AETERNUM; ET IN
mi 236 TUA IUSTITIA ERUE ME ET EXIME ME. Extenta est et parata muscipula inimici. Posuit in muscipula errorem et terrorem: errorem
10 quo illiciat, terrorem quo frangat et rapiat. Contra errorem tu claude ianuam cupiditatis, contra terrorem claude ianuam timoris: et educeris de muscipula. Huiusmodi pugnae exemplum ipse tibi imperator tuus, qui propter te etiam tentari dignatus est, in se demonstravit. Et primo tentatus est illecebris, quia tentata est
15 in illo ianua cupiditatis, quando eum tentavit diabolus dicens: *Dic lapidibus istis ut panes fiant. Adora me, et dabo tibi regna ista. Mitte te deorsum, quia scriptum est: Quia angelis suis mandavit de te, ut in manibus tollant te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum.*

10, 15–18 Matth. 4,3.9.6

P α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε₂ (Lx₂) ε (N X) ε₁ (Zh₁ P)) Mn₃ ζ) Sh₁ edd (lo ma mi cc)

12 et nutries *P*; educes Mn_3; et enutries *edd* 10, 1 et educes *γ (pc.)* $\varepsilon_\omega Mn_3 \zeta \Psi_{\alpha\beta\kappa}$; enutries Mn_3 | muscipulis istis quae *(bis) χ γ (ac.)* | quem *F (ac.) δ (ac. A)* 2 passio iam *tr. κ* | iam ... mihi *om. δ (exc. G; ac. A)* Mn_3 | designatur Sh_1 3 occultarunt *N* 4 Iesus *om. P* | muscipula sua *P* | suam] istam *ζ* 5 tendit *β X (pc.) ε₁ ζ* | illa muscipula *P* 7 in² *om. Y* 8 iustitia tua *tr. F* | me¹ *om. δ (exc. A)* | extensa *δ* 9 *inimicus *α Sh₁* | muscipulam $Mc_2 Na_1 \delta$ errorem² ... terrorem *om. χ γ (ac.)* 10 illiceat *P α γ δ ε (ac.)* | contra ... cupiditatis *P (tr. post* timoris 11*) α κ*; contra errorem tu ianuam cupiditatis claude *tr. δ (exc. A)*; tu claude ianuam cupiditatis contra errorem *tr. cett edd* 11 ianuam¹ *iter. χ γ (ac.)* | ianuam¹ ... terrorem *mg. δ (exc. G)* | contra ... timoris *P α κ δ*; tu claude ianuam timoris contra terrorem *cett edd* | terrorem] errorem Na_1 *χ (ac. S) γ (ac.)*; tu *add. δ (exc. G)* | claude² *om. δ* 12 exemplum pugnae *tr. ζ* 13 quia $Mc_2 Na_1$ | dignatus est tentari *tr.* $Mn_3 Sh_1$ | in se *om.* $\varepsilon_2 Mc_2$ 14 in primo *Mc₂* | tenta *c* 17 quia] nam *φ (exc. Lx₂) Sh₂* | et] et *χ* | et ... tollent *γ (ac.) Vulg edd* 18 in *om. ε* | a lapide ε_2 | pedem *om. N (ac.) Sh₁*

Omnis haec illecebra cupiditatem tentat. At ubi clausam invenit ianuam cupiditatis in eo qui tentabatur pro nobis, convertit se ad tentandam ianuam timoris et praeparavit illi passionem. Denique hoc dicit evangelista: *Et consummata tentatione diabolus recessit ab eo ad tempus*. Quid est *ad tempus*? tamquam rediturus et tentaturus ianuam timoris, quia clausam invenit ianuam cupiditatis. Totum ergo corpus Christi tentatur usque in finem. Fratres mei, quando iussum est nescio quid contra Christianos mali, simul impingebatur hoc corpus, totum impingebatur; unde dictum est in psalmo: *Tamquam cumulus arenae impulsus sum ut caderem, et dominus suscepit me*. At ubi finita sunt illa quae totum corpus impingebant ut caderet, coepit tentatio esse per partes. Tentatur corpus Christi: una ecclesia non patitur persecutionem, alia patitur, non patitur furorem imperatoris, et patitur furorem mali populi. Quantae vastationes a plebibus! quanta mala ingesta sunt ecclesiae a malis Christianis, ab eis qui capti in illo reticulo tam multiplicati sunt, ut premerent naves piscatione illa domini ante passionem! Non ergo desunt pressurae tentationis. Nemo sibi dicat: 'Non est tempus tentationis.' Qui sibi hoc dicit, pacem sibi promittit; qui sibi pacem promittit, securus invaditur. Totum er-

---

22sq. Luc. 4,13 **28sq.** Ps. 117,13 **34–36** *cf.* Luc. 5,6*sq.*

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc) **10, 19** clausam *inc. Ar$_1$*

---

19 omnia haec per illecebram *δ ε Zh$_1$ ζ* | haec *om. Mc$_2$* | cupiditatum *γ*; cupiditate *α K Y (pc.) Mn$_3$*; cupiditatis *X ζ* | tentabat *P* | ad *P S ε$_2$* | ianuam invenit *tr. κ ε$_ω$ Mn$_3$ ζ Sh$_1$ edd* **20** se *om. Mc$_2$* **22** ab eo *om. P$_8$ (ac.) ζ* **23** quod *χ C (ac.)* | ad^2 *om. κ (ac. C)* | redditurus *ε$_2$ ε (ac. X)* **24** qui *Mn$_3$ Sh$_1$* invenit ianuam cupiditatis clausam *tr. Zh$_1$* **25** ad *X* **26** iussum] visus *α (ac. F)* | contra Christianos nescio quid mali *tr. δ*; nescio quid mali contra Christianos *tr. ε$_2$ ε$_1$ Mn$_3$ Sh$_1$* | quod *Y* | mali *om. P* | simul *om. α* | impingebantur *Mn$_3$* **27** in hoc *γ (pc. C) δ ε Zh$_1$ Mn$_3$ ζ* | est] erat *κ φ edd* **28** arenae] maris *add. C (mg.) β φ (exc. P$_8$) Sh$_1$* | sum *om. Mc$_2$ N (ac.) Mn$_3$* **29** ad *P S* **30** per partes *iter. post* coepit *β* **32** furorem^1 ... patitur *om. Mc$_2$* | et] sed *γ (pc. C) β φ Sh$_1$ edd* **33** gesta *ε* **34** illis *ε$_ω$ Mn$_3$ ζ Sh$_1$* | capti] sunt *add. F (sl.)* | retiaculo *F (pc.) Na$_1$ κ ε$_ω$ (exc. Lx$_2$) ζ Sh$_1$ (ac.) edd* **35** ut] superent retia *add. δ* | navem *α (ac. F)* | in piscatione *ζ edd* | illa *om. ε$_2$* **36** deerunt *Sh$_1$* | pressura *S K* **37** est *om. ε$_2$* | tentationis tempus *tr. ζ* **38** pacem promittit *om. Mc$_2$*

cc 199 go corpus Christi dicat: EDUCES ME DE MUSCIPULA ISTA, QUAM
40 OCCULTAVERUNT MIHI, quia eductum est et caput nostrum de muscipula quam absconderant illi, quibus modo dicebatur in evangelio, quia dicturi erant: *Hic est heres, venite occidamus eum, et nostra erit hereditas*, et in se sententiam dixerunt interrogati: *Quid faciet ille paterfamilias colonis malis? Malos male perdet et vi-*
45 *neam locabit aliis agricolis. Quid? et illud non legistis: Lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli?*
ma 152 Quod est enim: *Reprobaverunt aedificantes*, hoc ait: *Eiecerunt extra vineam et occiderunt*. Ergo erutus est et ille. Caput nostrum sursum est, liberum est. Haereamus illi per dilectionem, ut me-
50 lius postea conglutinemur ei per immortalitatem, et dicamus om-
mi 257 nes: EDUCES ME DE MUSCIPULA ISTA, QUAM OCCULTAVERUNT MIHI, QUONIAM TU ES PROTECTOR MEUS. (11.) Audi iam et vocem domini, quam dixit in cruce: IN MANUS TUAS COMMENDO ps. 30,6
SPIRITUM MEUM. Certe cum verba eius in evangelio de isto psal-
5 mo cognoscimus, ipsum hic locutum fuisse non dubitemus. Habes hoc in evangelio, *dixit: In manus tuas commendo spiritum meum; et inclinato capite reddidit spiritum*. Non sine causa voluit verba huius psalmi sua esse, nisi ut te admoneret se locutum esse in hoc psalmo. Ipsum hic quaere; cogita quomodo in illo psalmo

---

42sq. Matth. 21,38 **44–46** Matth. 21,40–42 (*cf.* Ps. 117,22*sq.*)
47sq. Matth. 21,39 **11, 2sq.** Luc. 23,46 **5sq.** Luc. 23,46 **6** Ioh. 19,30

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

---

39 quem *S K δ (ac.) ε$_2$* **40** quia] qua *Y* | et *om. χ C (ac.)* **41** quem *S K* absconderant *P α κ (ac. S) δ*; absconderunt *cett edd* **42** aeris *S* **43** dixerunt sententiam *tr. ζ* | dixerant *κ* **44** illis *Y Vulg* | agricolis *Mn$_3$ Sh$_1$ Vulg* vineam suam *δ ε$_2$ Mn$_3$ ζ Sh$_1$* **45** locavit *S K C (ac.) δ ε$_2$ ε (ac. X)* | quid et] quidem *δ Sh* **46** hic ... aedificantes *om. P* **47** quod] quid *F (pc.) χ γ δ f$_{11}$ ε Zh Sh$_1$* | quod ... aedificantes *om. α (ac. F)* **49** illi *om. rv* **50** ei *om. P*; et *add. δ (ac. G) Sh$_1$* **51** quem *S K* **52** meus] domine *add. P δ Sh, LXX (A) Ψ*
11, 1 audiam *M$_1$ Mn*; audiamus *γ β δ ε$_1$ (exc. Lx$_2$) ζ edd* | et *om. φ edd* **2** crucem *S (ac.) K* | commendabo *ε$_2$ Vulg* **3** verbi *Y* **5** dixit *om. δ*; *dictum *α Sh$_1$* | commendabo *ε$_2$ Vulg* **6** tradidit *α δ Vulg edd* **7** suae *S K C (ac.)* | te admoneret] ea moneret *α (ac. F) Zh* **8** *ipsum *tert. α (ac. F)* | alio *Mn Sh*

se quaeri voluit pro susceptione matutina: *Foderunt manus meas et pedes, dinumeraverunt omnia ossa mea; ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me, diviserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem*; ut te admoneret in se hoc esse completum, in voce sua posuit caput ipsius psalmi: *Deus, deus meus, utquid me dereliquisti?* Et tamen vocem corporis in se transfiguravit; non enim unicum suum pater aliquando dereliquit. REDEMISTI ME, DOMINE DEUS VERITATIS, faciens quod promisisti, non fallens in pollicitatione tua, DEUS VERITATIS.

ps. 30,7 (12.) ODISTI OBSERVANTES VANITATEM SUPERVACUE. Quis observat vanitatem? qui timendo mori moritur. Timendo enim mori mentitur et moritur antequam moriatur, qui ideo mentiebatur ut viveret. Mentiri vis, ne moriaris? et mentieris et morieris; et cum vitas unam mortem, quam differre poteris, auferre non poteris, incides in duas, ut prius in anima, postea in corpore moriaris. Unde hoc nisi observando vanitatem? quia cc 200 dulcis est tibi transiens dies, quia dulcia sunt tibi volantia tempora, unde nihil tenes et insuper tu teneris. ODISTI OBSERVANTES VANITATEM SUPERVACUE: EGO AUTEM, qui non observo vanitatem, IN DOMINO SPERAVI. Speras in pecunia: observas vanita-

---

9 *cf.* Ps. 21,1 9–12 Ps. 21,17–19 13sq. Ps. 21,2

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_ω$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*) 12, 1 odisti *inc.* e$_3$

---

9 se quaeri] sequi δ (*exc. A*) | meas *om.* α 10 pedes meos β φ *Sh*$_1$ *Vulg* 11 me *om.* χ *C* (*ac.*) | vestem meam] vestimentum meum δ (*ac. A*); vestimenta mea *P* 12 sortes ε$_2$; et *add. Zh*$_1$ | te *om.* β | impletum *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ 14 dereliquisti me *tr. Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | derelinquisti *P* | et *om. Mn*$_3$ 15 derelinquit *P* redimisti ε (*ac. X*) 16 me *om.* χ (*ac. S*) | promisti ε$_2$ 17 in *om. P* 12, 1 observantem e$_3$ 2 mori *om. P* ε$_ω$ e$_3$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | mentitur ζ | timendo^2] timore χ (timori *Y*) *C* (*ac.*) 3 emori *C* (*pc.*) β | mentietur e$_3$ 4 mentivatur *P* mentire e$_3$ | mentiris et moriris (moreris *Y edd*; morieris *P*) *P* χ *edd*; mentiris ut moriaris γ (*pc. C*) β 5 vitas] dubitas ε$_2$ e$_3$ | vanam *P K* | poteras *Mc*$_2$ 6 aut ferre e$_3$ | incidis *F* (*pc.*) γ β δ *P*$_8$ ζ *edd* | prius] moriaris *add. C* (*pc.*) β ε$_ω$ e$_3$ *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ | moriaris in corpore *tr.* ε$_ω$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ 8 tibi^2 *om. Zh*$_1$ | transvolantia *edd* 9 nihil *vl. F*; mihi α; nil *Zh*$_1$ | odisti] omnes *add. P* δ 10 vanitatem^1] vanitates δ | vanitatem^2] ego autem *add. P* 11 sperans *S K* e$_3$ | pecuniam *P* α (et *add. Mc*$_2$) e$_3$

tem: speras in honore et sublimitate aliqua potestatis humanae: observas vanitatem; speras in aliquo amico potenti: observas vanitatem. In his omnibus cum speras, aut tu exspiras et ea hic dimittis aut cum vivis, omnia pereunt, et in spe tua deficis. Hanc vanitatem commemorat Isaias: *Omnis caro fenum et omnis gloria eius ut flos feni; aruit fenum et flos eius decidit; verbum autem domini manet in aeternum.* EGO AUTEM, non quomodo illi qui sperant in vano et qui observant vanitatem, sed IN DOMINO SPERAVI, qui non est vanitas.

(13.) EXSULTABO ET IUCUNDABOR IN TUA MISERICORDIA, non in mea iustitia. QUIA RESPEXISTI HUMILITATEM MEAM, SALVAM FECISTI DE NECESSITATIBUS ANIMAM MEAM NEC CONCLUSISTI ME IN MANUS INIMICI. Quae sunt necessitates, unde volumus salvam fieri animam nostram? Quis has enumeret? quis digne exaggeret? quis congrue vitandas fugiendasque commendet? Prima in genere humano dura necessitas nescire cor alterius, male sentire plerumque de amico fideli, bene sentire plerumque de amico infideli. O dura necessitas! Et quid facis ut corda inspicias? quem oculum affers, infirma et plangenda mortami 258 litas? quid facis ut videas hodie cor fratris tui? Non habes quid facias. Alia maior necessitas: nec tuum vides, quale erit cras. Quid

ps. 30,8

ps. 30,9

12, 16–18 Is. 40,6.8

P α (F Mc₂ Na₁) κ (χ (S K Y) γ (C Ar₁) β (R Ro₁₁ F₅)) φ (δ (A G) ε_ω (ε₂ (Lx₂) ε (N X) ε₁ (Zh P₃)) Mn₃ ζ) e Sh₁ edd (lo ma mi cc) 20 vanitas *des. e* **13, 12** quid *inc. Beda* (Fransen 239)

13 speras ... vanitatem *tr. post* vanitatem (11) *ζ* | aliquo *om. P* | potente *Y γ (pc. C) β ε_ω Mn₃ ζ Sh₁*; et *add. F* **15** demittis *S K C (ac.)* **16** commendat *ε* (commendans *Zh₁*; commendas *Lx₂*) *e Mn₃* | Isaias] dicens *add. κ δ ε₁* (exc. *Lx*; dicit *Zh*) *ζ edd* **17** ut *om. Zh₁*; quasi *α κ Vulg edd* | eius² *om. P δ ε₁ Mn₃ Sh₁ Vulg* | autem *om. α* **18** in aeternum manet *tr. Zh₁* **19** vano] vanitates *P κ* (vanitatis *S*) *φ* (vanitatem *Lx₂ Mn₃*); vanitate *edd* **20** quia *α ε Zh₁ ζ* **13, 1** exsultabor *ε₂* **3** salvasti *β Vulg* **4** nec ... inimici *om. β ε₂ Mn₃* | manibus *N P₈ ζ Vulg* **5** salvam volumus *tr. ε_ω Mn₃ ζ Sh₁* | enumeret has *tr. Zh₁*; a se numeret *α* (*ac. F*); eas enumeret *γ β P₈ edd* **7** prima *P α ε₂*; primo *cett edd* gere *ε₂* **8** sentire² *om. ε₂ Mn₃* **9** infideli o] infidelia *S* (a *corr*) *K* | quia *Mc* **10** quem] nec *add. α* (*ac. F*) **11** qui *S*

iam dicam de necessitate ipsius mortalitatis? Mori necesse est, et ma 153
nemo vult quod necesse est, nemo vult quod erit velis nolis. Dura
necessitas nolle quod non potes evitare! Nam si fieri posset, 15
nollemus utique mori et effici quod angeli vellemus, sed commu-
tatione quadam, non morte, sicut dicit apostolus: *Aedificationem habemus ex deo, domum non manu factam, aeternam in caelis. Etenim in hoc ingemiscimus, habitaculum nostrum quod de caelo est superindui cupientes; si tamen induti, non nudi inveniamur.* 20
Etenim qui sumus in hac habitatione, ingemiscimus gravati, in quo nolumus spoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur mortale a vita.
Volumus pervenire ad regnum dei, sed per mortem nolumus; et
tamen dicit tibi necessitas: 'Hac venies.' Hac venire dubitas,
homo, cum hac ad te venerit deus? Quae sunt etiam necessitates cc 201
vincendarum vetustissimarum cupiditatum et annosarum mala-
rum consuetudinum? Vincere consuetudinem, dura pugna, nosti.
Vides quam male facias, quam detestabiliter, quam infeliciter; et
facis tamen: fecisti heri, facturus es hodie. Sic tibi displicet cum
disputo: quomodo tibi displicet cum cogitas? et tamen facturus es 30

13, 17–22 2 Cor. 5,1–4

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ Beda edd (lo ma mi cc) **16** commu- *des. Ar$_1$* **17** apostolus *des. Beda* **21** etenim *inc. Beda* **23** nolumus *des. Beda*

---

